

Alcollegio della compagnia di Gesù di granada

# HIERONYMI

SERIPANDII S. R. E. R. 3865

PRESB. CARDINALIS,  
Archiepif. Salernitani

COMMENTARIUS IN  
Epistolam Pauli ad Galatas.

EIVSDEM AD NONNULLAS  
questiones ex textu epistola Catho-  
lica responstones.

CATHANABA



VENETIIS,  
Apud Bartholomæum Rubinum.

1569.

35

8

2

208

14

1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14

ergo Petrus habens gladium eo  
abscedit a tricorniam eius dextere  
erat autem nomen seruo Malchus  
xit ergo iesus Petrus, Mitre glaci  
tuum in uagiam. Calicem quem  
mabi pater, non ut bibam illum  
hous autem, et tribunus, et m  
Interorum comprehendunt Ies  
ligauerunt eum, et adduxer  
eum ad Antiam primum. Erat  
socer Caphe, qui erat pphifex  
lum egerat. Quia expedit  
num hominum, pro populo  
quebat eum Iesum Simon Pet  
alium discipulus. Discipulus aut  
ille erat notus pontifici, et intro  
cum Iesu primum pontificis. Per  
autem stabit ostiu forte. Exiit e  
discipulus alius qui erat in pon  
et dicit ostiariae, et induxit Pet  
Dicit ergo Petrus ancilla Iuda.  
quod et tu ex discipulis eius  
Dicit illi, et sum. Stabant autem ferunt  
nam Iuda et Petrus, quia frigus erat,  
cafe, et Petrus: erat autem cum eis

*Illegit. de la comp. de Jesus de granada 23.*


# HIERONYMI

SERIPANDII S. R. E. R. 3865

PRESB. CARDINALIS,  
Archiepif. Salernitani

COMMENTARIUS IN  
Epistolam Pauli ad Galatas.

EIVSDEM AD NONNULLAS  
questiones ex textu epistolae Catho-  
lica responsiones.



VENETIIS,  
Apud Bartholomæum Rubinum. 1569.

i 118V2914

CLARISSIMO,

AC OMNI VIRTVTVM

GENERE ORNATISSIMO,

AVGVSTINO TRIVISANO

PATRITIO VENETO,

BARTHOLOMAEVS R

S. P.



Biblioteca	Universitaria
	GRANADA
Sala	A
Estante	
Tabla	
Número	451

BIBLIOTECA HOSPITAL REAL	
GRANADA	
Sala:	A
Estante:	4
Numero:	506



V<sup>m</sup> Amplissimi Cardi-  
nalis Seripandij, uiri et  
uite sanctitate & do-  
ctrina conspicui, Com-  
mentarius in epistolam  
Diui Pauli ad Gala-  
thas, denuò imprimen-  
dus esset: mihi que tan-

quam Typographo, huiusmodi prouincia fuerit de-  
mandata; operæ precium esse duxi, tale opus, & ex  
tanti uiri ingenio proditum, alicuius illustri nomi-  
ne ac dignitate cohonestare. Cumq; diu, multumq;  
mecum ipse animo euoluerem, qui mihi ad id con-  
sentaneus eligendus esset; tandem obuiam uenit (di-  
uino fauente Numine) Dignatio tua, Clarissime ac

omni uirtutū genere ornatissime *AVGVSTINE*.  
 Nec in hoc potuiffem equidem sperare melius. Tu  
 enim, præter nobilitatem, quam tecum ex mater-  
 no aluo attulifti, es omni uirtutum genere deco-  
 ratus, honeftiffimis ac probatiffimis præditus mo-  
 ribus, Græcis ac Latinis litteris imbutus, philofo-  
 phica dogmata omnia & pectore & lingua geris;  
 quippe qui ea in *Almo Bononiæ gymnafio*, non mi-  
 nimo tuo, ac totius *Illuftrifis tuæ Triuifanæ* familie  
 decore, es afequutus; & quod magis eft, *facræ*  
*Theologiæ arcana*, in te uno funt recondita. In teq;  
 uno tantum adinueniemus, hoc noftro infeliciffimo  
 æuo, ueram uitæ integritatem, *Scientiarum omnium*  
*cumulum*, *Ius inuiolabile*, *feueritatem cum miferati-*  
*one*, *pauperum patrociniū*, *legum obferuan-*  
*tiam*, *pietatem in omnes*. Te unum, præ cæteris, to-  
 ta tua inclita *Reſpublica Veneta*, deberet & cole-  
 re & ſummopere admirari. Quomodo enim non ad-  
 mirentur ac colant omnes, cum animaduerterint te  
 genitum eſſe ex *Clariffis*. *Dominico Triuifano*, Sena-  
 tore omnium grauiffimo, ac prudentiffimo? Nonne  
 omnes te debent & colere et admirari, cum ſis *Fra-*  
*ter Reuerend. illius F. M. Hieronymi*, ordinis *Diui*  
*Dominici*, *Concionatoris eximij*, ſummoq; *Pontifi-*  
*ci* adeo grati, ut ob innumeras eius uirtutes, ipſum  
 in *Veronenſium Epifcopum* elegerit, ac firmauerit?  
 Qui, niſi fuiſſet immatura morte præuentus, quam  
 plurima egregia facinora in *Urbe Verona* opera-  
 tus eſſet, facileq; ad *Cardinalatus apicem* aſcendi-  
 ſet.

ſet. Nemo poſſet ſequidem ſatis laudibus extolle-  
 re, *Antiquiſſimum*, ac omnium *Clariſſimum* ge-  
 nus tuum, cum uiderint ex nobiliſſima *Triuifana*  
*ſtirpe* deſcendiſſe tot præſtantiffimos *Senatores*,  
*Clafſium Præfectos*, & præ cæteris *Sereniſſi-*  
*ſimum illum Marcum Antonium Triuifanum*, *Reipu-*  
*blicæ Venetæ Principem digniſſimum*, alteriuſq;  
*Dominici Senatoris integerrimi ac colendiſſimū*  
*filium*: cuius probitas, et integritas, fuit penes om-  
 nes in maxima ſemper habita authoritate. His  
 igitur ego cauſis, & rationibus adductus, cu-  
 piens ſplendorem huic ſacro libello maiorem affer-  
 re, & animi in te mei propenſionem oſtendere cum  
 tibi do, dico, et addico. ſupplex orans, ut hoc me-  
 um leuidenſe munuſculum, ea animi alacritate de-  
 gneris ſuſcipere, qua *Artaxerſes* ille aquam à  
 villico manibus exhibitam, ut ſitim expelleret,  
 ſuſcipere dignatus eſt. vale, & me fidelium tuo-  
 rum ſeruorum gregi annumeres. *Venetis*,  
*Idibus Iulij.* M D L X I X.

A s

# IN DIVI PAULI AD GALATAS EPISTOLAM COMMENTARIA.

ARGUMENTVM.



**E**ALS I, & mendaces Apostoli, qui Galatarum Ecclesias à Paulo recte, pieq; constitutas perturbarunt, aduersus quos scripta est ad Galatas epistola. in ea fuisse heresi, quam Cherintus, & Hebeon sequuntur posita sunt. Qui (vt Hieronymus ad Aug. scripsit) in Christi

credentes, propter id vnam a patribus aqua, & igni interdicti sunt, & anathematis percussu grauissima pœna, quod legis ceremonias Christi Euangelio committerent, & sic noua ample ferentur, vt vetera non dimitterent. Quibus ergo argumentis, & Galatas in hanc falsam opinionem erroremq; turbulentum raptos doceat Apostolus, & hanc heresim coarguat, atque depellat; attendamus.

PAVLVS.

**Salutatio.** NECESSITATE Paulus altitius, initio huius epistolæ ostendit se à Deo accepisse predicandi Euangelii facultatem. Nam cum de legis imbecillitate (quod ad iustificationem attinet) tractare cogeretur, & legem diuinam esse, hoc est, à Deo per Moysen datam communi Christianorum omnium consensu, & approbatione confirmaretur: de illius vsu, & potestate, quatenus. s. progrediatur, statueret absque diuina auctoritate incõsideratissima profectõ fuisset, ac dementissimæ temeritatis. Propterea in ipsa huius Epistolæ salutatione, & qua ratione diuinæ suæ legationis amplitudinẽ acceperit, exponit: & hanc epistolam, non suo tantũ priuato; sed & eorum omnium, qui vnã cum ipso erant, nomine scribit: quo sese illorum quocunq; consilio usum, & hanc

de

de qua agit, rem totã cum illis deliberasse prorsus ostendat. More autem institutoque suo à proprio nomine facit initium, Paulus: cui alterum diuinitus sibi collatæ legationis adiungit, *Apostolis*. Vnde vero amplissimus iste sibi contigerit dignitatis gradus, explanare cum uellet, contra falsos primũ Apostolos; qui ut non nihil de summa pauli auctoritate minuerent sparse rant; ipsum ex aliorum Apostolorum consilio, & auctoritate legatũ fuisse, inquit: *Non ab hominibus*. Et quia illi quoq; qui à Deo legantur, sæpe numero per interiectum aliquem hominem legari cõsueuerunt, ne sic à Deo legatus existimaretur, adiungit: *Neque per hominem*; Quod deinde restabat, à quo. s. legationem accepisset, Apostolus delectus esset, sic exponit. *Sed per Iesum Christum*.

Deum. s. & hominem à quo paulum selectum fuisse cõstat, & uocatum, ut multa pro eius nomine aduersa toleraret, atq; illud ad gentes, Reges, & filios Israels deferret. *Et Deum patrem*, cuius nutu, atq; potestate per Iesum Christum sanctissimẽ, ac prouidentissimẽ administrantur omnia: id quod Christus ipse aperte, palamq; cõfessus est. Non potest filius à se facere quicquã, nisi quod uiderit patrem facientẽ. Quocirca, n. ille fecerit, hæc & filius similiter facit. *Qui sustinuit eum à mortuis*.

Adiungit hoc, ut tempus designaret, quo uocatus fuerat, & creatus Apostolus, cũ. s. Christus Iesus à mortuis surrexisset, atq; oẽm à patre id accepisset in celo, & in terra potestatem; *Et qui mecum sunt oēs fratres*. Qui in cã de qua scripsimus sum, oēs vna mēte, una uoce consentiunt, *Ecclesiis Galatæ*. Multa erant in Galatia Christianorũ hominũ congregaciones, ad quas oēs, cũ à falsis essent Apostolis decepte, cribit, sed suo primũ more, & instituto salutat: *Grati uobis, & Pax à Deo Patre*.

Hominibus qui Deo Patri grati acceptiq; nõ sunt, nulla potest solida, ueraq; cõtingere pax. Proinde cõsueuit sæpe Apostolus Dei gratia cõiungere pacem. *Et domino nostro Iesu Christo*. Per quẽ, & hæc, & Diuina oia munera deriuatur in homines. Sed cũ de Christo dixisset, q. pater illũ à morte ex

Pauli electio et uocatio.

Act. 9.

Ican. 5.

Mat. 28

Galatæ à falsis Apostolis deceptis.

Pax cum gratia cur enuntia.

citasset, ne quis de ea morte humiliter, ac demissè senti-  
ret: eius mysteria per quam breuiter perfringit, atq; ac-  
tingit. Sùt autè hæc: q; sponte appetita, & voluntaria fue-  
rit. *Qui dedit semetipsum, sanguinem. s. ac vitam nulla vi*  
*coactus sua sponte, ac voluntate profundens. Quòd pro*  
*nostra salute suscepta. Pro peccatis nostris: Qua morte, at*  
*que supplicio per soluta poena nostra sunt omnia sceler-*  
*ata expiata. Vt eriperet nos de presenti sæculo nequam. Qua*  
*morte illud etiam factum, vt nos quoque uitii pestife-*  
*risque cupiditatibus cõmoreremur, atq; ita eriperemur*  
*ab huius mundi improbitate, & malitia, quæ nouis sem-*  
*per illecebris, & inuitamentis ad peccandum vel repu-*  
*gnantes trahere solet, q; paternæ in ea uoluntati obtẽ-*  
*peratum sit. Secundum uoluntatem Dei, & patris nostri. De*  
*quo alio loco dixit: Factus est obediens vsq; ad mortẽ,*  
*q; pro maximo hoc, & immortalis beneficio in omni æ-*  
*ternitate Deo patri gloria debeat. Cui est gloria in sæ-*  
*cula sæculorũ. Salutatis igitur Galatarum Ecclesiis, &*  
*enumeratis per quãdã quasi summã mortis Christi my-*  
*steriis, Hebræa vtès syncera; ac perpetuè veritatis no-*  
*ta (quæ admodũ in reb. grauari. b. cõsueuit) iquit, Amẽ.*

## M I R O R .

*Cap. 2.* Salute suo more dicta ab admiratione primã facit  
ingressiõnẽ, seq; illo verbo *Miror* admiratione, vehe-  
menter affectũ, & quasi obstupefactũ ostẽdit. *Quod tam*  
*ciso .* Neq; .n. prudẽtis est, & cõsiderati hois de gradu  
deici, ac statu leuiter dimoueri suo. *Transferimini, alio*  
*rũ cõsiliis, ac suasionibus auferri vos, & trãsportari si-*  
*nitis. Ab eo qui uocauit uos, Deo patre. s. q. mea uos euã-*  
*gelii prædicatione uocauit, de quo uocatus dixit Chris-*  
*titus: Nemo uenit ad me, nisi pater qui misit me, traxe-*  
*rit eũ. In gratiã Christi. A quo uocati estis, nõ ut in sta-*  
*tu legis per Mo sen promulgatæ, sed ut in statu græ*  
*conciliatæ per Christũ collocaremini, in qua vna oia*  
*sunt salutis adipiscẽdæ fundamẽta firmissima, cuius v-*  
*nius ope, nos ipsos sustẽtere sincera Euãgelii prædica-*  
*tione iubemur. In aliud euangelium; Aliã quãdã uobis*  
*nuntiatam*

nuntiatã adipiscẽdẽ salutis rationẽ ab ea diuersam, ad  
quã à Deo patre accessit estis, & mea prædicatione di-  
cistis. Ne uero Galatæ dicerẽt, nos neq; à grã Christi,  
neq; ab Euangelio abs te prædicato abducti sumus  
vt ostẽdat se rectè tenere, in quã fraudẽ inducti, & quo  
essent errore imbuti, quasi quod dixerat, corrigens, in-  
quit, *Quod nõ est aliud, vsquequaque. s. ac penitus, eũ di-*  
*scessione a Christo aperte non doceat, & aliquid il-*  
*lius gratiæ relinquere uideatur loci: Quanquã autem*  
*non sit prorsus aliud, duo tamen secum incommoda fe-*  
*rit, quorum ratione rectè aliud nuncupari potest. De*  
*primo, inquit, Nisi sunt aliqui qui uos conturbant. Hoc*  
*primum est, in quo euangelium istud à nostro quãdã*  
*longistimè discescit, quod in eo illi ipsi à quibus prædi-*  
*catur, animorum uestrorum commotiones, ac uarias*  
*perturbationes querunt. Magna quippe cum in ani-*  
*mi, tum in sermonibus Christianorum hominum con-*  
*fusiones, odia, dissensiones, quin etiam seditiones orie-*  
*bantur, ex disceptatione de lege Mo sis: quam cum*  
*euangelio, hoc est, gratia Christi miscere, & tempera-*  
*re falsi ubique nitebantur Apostoli. Et uolunt inuerrere*  
*euangelium Christi. Alterum est quod uos hoc euange-*  
*lio non modo uos perturbare, sed & germanum Chri-*  
*sti euangelium, gratiam scilicet Christi, ad quam uo-*  
*cati estis, immutare ac deprauare student: dum infir-*  
*mulo salutem parum potens reddunt. Quod tñ (ut*  
*ad Ro. scripsit) potẽtia Dei est ad salutẽ oĩ credenti.*

## S E D L I C E T N O S .

Quantopere ab huiusmodi euangelii prædicatori-  
bus (quicumque illi essent) cauendum, ac declinandum  
esset, horribili quadam & formidabili, bis que repetita  
execratione sancit, atq; decernit: qua nulla põt homi-  
nĩ, in terris, grauior accidere, aut feuenior. *Sed licet nos*  
*Apostoli qui iam uobis Christi euangelium prædicau-*  
*imus: Aut Angelus de celo, Tam naturæ quã gratiæ: di-*  
*uinæ, gradu nobis superior, non terræ, sed celi incola,*

*Euange-*  
*liũ aliud*  
*in quod*  
*Galatæ*  
*à falsis*  
*Apostolis*  
*translati*  
*erant.*  
*Dissensio-*  
*nes de le-*  
*ge Moysi*  
*euange-*  
*lij depr-*  
*uatio.*

Roma. I.

Execra-  
tio.

gelio quod vobis prædicauimus, à quo tanquam de militari via, quæ nihil habeat infidiarum, neque hominum, neque Angelorum cuiquam decedere fas esse sancitum est: illud vobis notum esse volumus, atque testatum *Quod non est secundum hominem.* Quo dicto quid intellexerit statim explanat: *Neque enim ego ab homine accepi illud, neque didici.* Non est secundum hominem: quia neque eius prædicandi Euangelii potestatem, neque doctrinam ulli homini qui mortalis esset, acceptam referre possum: unde ergo haberet, utrunque perspicuum facit. *Sed per reuelationem Iesu Christi, à Iesu Christo;* qui quasi materia quædam est, quam tractet, & in qua versetur Euangelium; & ius legationis accepi, & omnium quæ nunciari oportebat, notitia, & informatio, quasi quædam in animum meum influxit.

## A V D I S T I S E N I M.

Ex omni uitæ suæ parte, ac munere probat nulla alia ratione seu via, nisi domini nostri Iesu Christi diuina institutione, & afflatu Euangelii doctrinam se esse consecutum, ac primum ex ea vitæ ratione, qua utebatur antequam ulli sibi diuino munere contigisset Euangelii instinctus. *Audistis enim conuersationem meam aliquando in Iudaismo.* Qualis essem, & quid agerem, cum in Iudæorum lege, & religione versarer, iam acceperitis; ut nihil necesse sit, eam vitæ meæ partem, ac rationem describere longius: *Quod supra modum persequerbar Ecclesiam Dei.* Immoderate, ac nimium Christianorum hominum cætus disturbare, & perdere studebam, & expugnabam illam: alios tanquam reos in carcerem contrudens, aliorum lapidationi, & neci consentiens, nonnullos armis repellens, ac fugas, multos in latebras quibus sese occultaret, impellens, & de hac hostili planè expugnatione Christo Domino mandanti, ut Saulum quæreret, respondit Ananias, *Domine audiui à multis de viro hoc, quot mala fecerit sanctis tuis in Hierusalem, & hic habet potestatem à Principibus sacerdotum alligandi omnes, qui inuocant nomen tuum. Et proficiebam in Iudaismo supra multos cœta*

neos

neos in genere meo. Aliud erat illius uitæ partis munus. *Da* *mo profectus.* *bam operam ut magnos facerem progressus in Iudæorum legis doctrina, morumque disciplina, ita ut multos antequam eiusdem gentis, & ætatis, qua ipse tum eram, abundantius æmulator existens paternarum traditionum: causa verò cur tantopere proficerem, ea fuit, quòd acri quodam, & uehementi studio incitabat, mores, & ritus imitandi quos à patribus traditos acceperam, & ex hac quidem uitæ parte constat, non potuisse Paulum, cum Euangelii doctores insectaretur, exagitarique, ac tota mente in legis doctrinam, & patrios mores incumberet, Euangelium apud aliquem hominem discere.*

## C V M A V T E M.

Ad alteram accedit uitæ suæ partem, ex qua idè efficit; declarat. n. prædicatum à se fuisse Euangelium, nullo antea quæsito humanæ siue potestatis, siue doctrinæ adiumento, diuino tantum inflatu, & impetu incitato. *Cum autem placuit Deo: sed cum Deo, ex suæ uoluntatis propensione cordi fuit, qui me segregauit ex utero matris meæ, me nihil adhuc sentientem, & tanti beneficii ignarum in lucem edidit, & uocauit per gratiam suam, me illius aduersantem, ac repugnante uoluntati: qui eius Ecclesiæ molestiam inimicè exhibebam, cuius etiam exitium tamen si per imprudenciam, meditabar, gratuito ad se uocauit: ut reuelares filium suum in me. hoc primum est, quamobrem me uocauit, ut Iesu Christi filii sui notitiâ me tibi ingenere raret meam; quo uerbo totius Euangelii summa concluditur, atque cõprehenditur, ut euangelizarem illum in gentibus.* Alterum, hoc est, cuius gratia me Deus uocauit, ut Iesum Christum filium suum intimè mihi perspectum, & cognitum; (hoc est Euangelium) illis prædicare nationibus, quæ nullam diuinam huius ueritatis cognitionem acceperat, nulla fuerunt adhuc salutari doctrina, à falsis opinionibus, paruis erroribus, anilibus superstitionibus liberatæ. *cum uinum non acquirerem carni, & sanguini: mox Iudæorum gentem naturæ mihi, & sanguinis cognitione coniun-*

Pauli uocatio.

Euangelij totius summa.

coniunctam neglexi. Nā nullo cōicato cum illis confilio ad externas nationes profectus sum, cum quibus oē est Iudæis commercium graue, & odiosum: neque redij Hierosolymam ad antecessores meos. Apostolos, & cum Hierosolymæ essent, qui ante me hęc filii Dei notitiam, hoc Euangeliū, hanc legationem, diuino munere consecuti fuerant, ad illos non accessi, cū de iis rebus ut instituerer, & erudirer, nō indigerē, sed abii in Arabiā. De prædicatione, & rebus in Arabia gestis, nulla extat, quā uiderim historia. & iterum reuersus sum Damascum, ubi caeciderunt, quæ narrauit Lucas, Act. cap. 9.

## DE INDE.

Pauli in Arabia prædicatione. Paulus iterū Damasci

POST annos tres, redij Hierosolymam. Anno uerō tertio post prædicatum à me Euangelium & varias cū Iudæis, & gentibus disceptationes, cū nemo suspicari posset aliorum me doctrina egere, Hierosolymā reuertens, vnde cū potestate egressus fuerā perendi ac profligandi ecclesiā Dei, cū propē Damascū, Dominum Iesum Xpm uidi, ac loquentem audiui. Videre Petrum. Non doctrinæ gratia, sed reuerentiæ, & obseruantia, aduersus principis Apostolorum summam dignitatem: Et mansi apud eum diebus quindecim. Quo exiguo dierum spatio illa contigerunt quæ apud Lucā leguntur, Act. cap. 9. Alium autem Apostolorum uidi neminem, nisi Iacobum fratrem Domini, qui Iacobus Alphæi dicebatur. Que autem scribo uobis, ecce coram Deo, quod non mentior. Cū ab hac rerum à se gestarum narratione totius rei quā Galatis probare contendebat, ueritas pēdere grauiora quædā quæ restāt nō nisi iuratus uoluit recedere: ac propterea inquit, Quæ uobis per epistolam narro, Deo p̄sente, & audiēte narrare me existimo, pro nō emēti, & fingere nō auderē. Deinde ueni in regiones Syriæ, & Ciliciæ. Cū multæ Paulo Ierosolymis infidix p̄nerēt, deductus est à fratrib. Cæsareā, & Tarsi relictus, quod est in Cilicia oppidū.

## ERAM AUTEM.

Paulus in Syriā uenit & Ciliciā. Acto. 9.

ERAM autem ignotus facie Ecclesiis Iudææ quæ erant in Christo, & ex Christianis omnibus qui tum erāt in Iudæa

dæa cōgregati, nemo erat cui de facie cognitus essem, tantum autem audierant. Illud solū fama, & auditione acceperant. Quoniam qui persequeretur nos aliquando, ille per quē olim nobis neque confisterē, neq; qui escere licebat, cuius metu Hierosolymis usq; adeo perterriti erāt Christiani, ut se cū eo coniungere formidarēt, neq; illū uerē atq; ex animo Christianū esse crederēt. Nunc euangelizat fidem quam aliquando expugnabat. Ille idem nunc non solum proficitur, sed prædicat Euangelium, cuius causa Christianos homines quietos agere non sinebat, & innumeris afficiebat malis. & in me gloriabantur Deum, mex huius conuersionis, Deo bonorum omnium auctori gratias, laudes, & gloriā læti, alacresque tribuebant.

## DE INDE.

QUATUOR erāt, quæ falsi apud Galatas Apostoli absenti Paulo in magnis criminibus obiciebāt. Primum, quod de legatione se, & suo Euangelio magnificentius iactaret, qui neq; ius legationis, neq; Euangeliū à Christo Dominique accepisset unquam. Alterum, quod de quaestione legis, & Euangelii non unum, atque idem sentiret cum primariis & excellentibus Apostolis de quibus cōstabat inter omnes à Christo doctore summo omnibus de rebus edoctos fuisse. Tertium, quod eius uerba rebus esse contraria uiderentur: legem. n. abrogabat, & Timotheum circuncidebat, de ceremoniis detrahebat, & Nazaræorum ritum Cenchris primum raso capillo, deinde Hierosolymis (auctore Iacobo) cum aliis quatuor uiris, ex legis consuetudine expiatus summa religione seruabat. Postremum, quod præcellentibus Apostolis se exæquare, atque etiam impugnare non uereretur, qui à principio in Christi gremio, atque sermone fuerat educatus, Ecclesiæ Dei nunquam infestus, aut inimici, in quorum siue dictis, siue factis perpetua extiterat constantia, firmitas, perseverantia. Et primam quidem criminatorem satis superque reiecit, ac falsam esse conuicit ex illis, quæ illi in uita contigerant, tam antea quàm in illa ipsa

Deo gratia pro Pauli conuersione. Caput secundum. Paulo obiecta à falsis Apostolis. Iactantia. Dissensio à magnis Apostolis incongrua in factis. Act. 21. Act. 16. Arrogantia. De iactantia.



ipsa sua repentina, & admirabili conuersione, necnon aliquot postea subsequētibus annis, ad alias nūc depel- dens accedit, ex fideli similitur earum rerū narratio- ne, quæ secundum ea illi acciderāt, de altera inquit; *De*

*De dissen- sione à ma- gnis Apo- stolis, au- t à acta post con- uersionem.* *Assumpto, & Titus*, non absque diuina prouidentia, quod mox liquebit. Titus professione Christianū, natione nō Iudæum, sed Græcū hominem in comitatu receperunt. *Ascendi autem secundum reuelationem*, non humano tantū illorū cōsilio, qui legationem ad Apostolos, & senio- res mittendā censebant, pro dijudicāda de lege exorta cōtrouersia, sed multo etiā magis diuino instinctu: quo imprimis mouēte, & concitāte, id effeci quod sequitur: *Et contuli cum illis Euangelium quod prædico in gentibus*, Cum quibus mox exponet. Sed eā Euangelij partem se contulisse ait, qua Christiana libertas, Iudaicæ legis riti- bus, & ceremoniis continetur. de qua summa erat inter Iudæos, & Græcos controuersia. *Scorsum autem is qui vult cursum Euangelij eū primarius Apostolis con- tulerit, et quomodo*

ΤΟΙΣ ΑΚΟΟΥΣΙ. *Paulus* Iudæos, & Græcos controuersia. *Scorsum autem is qui vult cursum Euangelij eū primarius Apostolis con- tulerit, et quomodo*

*Titus Gē- tilis non est circum- cisus.* *erat, cum esset gentilis, compulsus est circumcidi.* quæ verò fuerit

fuerit totius nostræ deliberationis conclusio, illud potissimum declarat, quod Titus qui mecum vniuersæ con- sultationi diuino consilio interfuit, cum esset Græcus, non est coactus Iudaicæ legis sacramento initiari, con- tra, atque oportuisset, si absque illa ad salutem nanci- scendam non sufficeret Euangelium.

## S. I. D. PROPTER.

**D**E inconstantia: Nam id erat tertium quod obiecit- bant. Nunc ita se purgat, vt omnem à se eius dimoueat criminis suspicionem. in quo maximè est animadu- tendum, quò Timotheum Paulus circumciderat, & aliis quibusdam legis ceremoniis ad tempus se accommoda- uerat, in illis primum locis vbi nulla adhuc exorta erat disceptatio de necessitate legis ad salutem per Iesum. Christum, & Euangelium comparandam: illa deinde ra- tione potissimum, vt insidias deuitaret omnes, quas à Iu- dæis Euangelio fieri videret, & moras omnes, atque im- pedimenta, quæ ab illis afferbantur superaret, & viam denique & apertum sibi patefaceret cursum, ad Euange- lium vbiq; minore negotio, & molestia prædicandum. Hoc nimirum est quod obseruandum designauit Lucas, cum scripsit circumcisum à Paulo fuisse Timotheum pro- pter Iudæos, qui erant in illis locis, Cenchris ex voto capillum rasisse, cum ibi esset Aquila Iudæus cum Priscil- la vxore: Hierosolomis denique Iacobi consilium secu- tum fuisse, expiationēque illa significasse à se, neque di- scensionem à Moyse, neque legis neglectioem doceri, idque propter tot Iudæorum millia qui crederant, & legis erant emulatores, qui procul dubio ad perfectam, absolutamque Euangelij notitiam, leniter perducendi erant, non seuerè perturbandi. Quæ omnia hoc loco Paulus breuiter potius, strictimq; innuit, quàm explicat, *Propter autem subintroductos falsos fratres.* Quid causæ fuit cum Timotheum circumcideris, cur non & Titum eodē

*De inconstantia.*

*Paulus do- git cere- moniis cur ali- quando seruauerit.*


*Act. 17.*

*Act. 18.*

*Act. 21.*

*Time-*

**B** obliga-



*theopau-  
lus, cur  
circunci-  
derit, nō  
Tuum.*

obligaueris legis Sacramento? Propter falsos, inquit, fr-  
ctosque fratres aduentitios illos quidem, & à nostro nō  
solum concilio alienos, sed à consilio quoque auersos,  
& abhorrentes. *Qui subintrouerant explorare libertatem no-  
stram, quam habemus in Christo Iesu.* qui non recta, & aper-  
te, sed ex insidijs, & occulte in nostrum cœtum irrepse-  
rant, vt peruestigarent, & quam sagacissimè odoraren-  
tur, quid a nobis statueretur de libertate, quam à Deo  
per Iesum Christum accepimus, & quam nos alijs elar-  
gimur. *vt nos in seruitutem redigerent.* hoc autem illud e-  
rat, quod insidiosè moliebantur, vt nos ad necessa-  
riam quandam, ac durissimam legis seruitutem addu-  
cerent suis infinitis concertationibus, disceptationi-  
busque. *Quibus neque ad haram cessimus subiectione.* In eo  
fuius fratres omnes concordissimī, vt nullo ne breui-  
simo quidem temporis spatio, illorum nos sententia,  
& voluntati subiceremus. Nam quod de Timotheo fa-  
ctum est, ad tempus quidem, extraq; omnem contentio-  
nem nulla salutis illius necessitate; sed spe potius, pro-  
cliuus procurandæ Iudæorum salutis factum est. *vt veri-  
tas Euangelij permaneat apud vos.* si fieri non potest, vt a-  
pud Iudæos pura consistat, & inuiolata Euangelij diui-  
na veritas, apud vos saltem Græcos non inquinata,  
falsa illa opinione perseueret, quod ipsum per se, absque  
Iudaicæ legis Sacramentis, & ritibus ad salutem dan-  
dam non sufficiat.

AB HIS AYTEM.

*De arro-  
gantia.*

RESTAT quartum crimen obiectum, quod cum e-  
ximijs ac præstantibus Apostolis, quorum tam magna,  
ac multa extabant dignitatis præconia, conferre, sequē  
ijsdem contradicere non dubitaret. Quod totū dissi-  
luit, prosequens narrationem eorum quæ Hierosolymis  
contigerunt, vt in rem suam ab illis ipsis summis Apo-  
stolis grauisimum sumat testimonium. *Ab his autem qui*

*uide-*

*videbantur esse aliquid.* quales aliquando fuerint, nihil  
mea interest. Non putauī meum esse, nec pertinere ad  
me, de hac, quam nunc tracto quæstione, quid quandoq;  
docuerint illi magni nominis, atque existimationis Ap-  
ostoli. Itaque nihil ab illis sum percunctatus. *Deus per-  
sonam hominis non accipit.* Quæ hominibus eximia viden-  
tur, & præclara, ea Deus ne respicit quidem, ac propte-  
rea ex persona, & dignitate humana, nullum ad verita-  
ris confirmationem graue, & solidum ducitur argumen-  
tum. Hinc illud est domini nostri Iesu Christi ad Patrē:  
Confiteor tibi Domine pater cœli, & terræ, quia absco-  
disti hæc à sapientibus & prudentibus; & reuelasti ea  
paruulis. Et ad Petrum: Beatus es Simon Bariona, quia  
caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus, qui  
est in cœlis. *Mihi enim qui videbantur esse aliquid, nihil  
conulerunt.* Illud sufficit, quod audito illi Euangelio  
meo, quod scilicet exteris prædico nationibus, nihil  
mihi de suo communicarunt, nihil de meo repudiarunt.  
*Sed contra.* Non modò ex ijs quæ contuli cum illis quic-  
quam infirmarunt; sed totum potius ratione, quam mox  
exponam, confirmarunt. *Cum vidissent quod creditum est firmatū.  
mihi Euangelium præparui, sicut Petro circumcisionis.* Hoc  
primum animaduertērūt commissum mihi à Deo fuisse,  
vt exteris, & incircumcisis nationibus Euangelium  
prædicarem, non aliter atque Petro, vt Iudæis præ-  
dicaret circumcisis: quomodo autem animaduerte-  
rint, subiungit. *Qui enim operatus est Petro in Aposto-  
lum circumcisionis, operatus est & mihi insergentes.* Idem  
nanq; Deus diuinæ suæ maiestatis nomen vnum, & idem  
in Petri sermone, & actione dum legationē ageret apud  
Iudæos ostendit, atq; in me eandem obeunte apud ex-  
traneas gentes legationē. *Et cum cognouissent gratiā que  
data est mihi.* Alterum, hoc est, ab illis animaduertitum &  
notatum, nullū me diuinæ gratiæ munus deficere, quod  
à iusto, & legitimo requiri, ac desiderari possit Apo-  
stolo: quos verò generatim hætenus denūciat ap-

*Deut. 10  
Persona  
hominis  
non acci-  
pienda in-  
uestigari-  
tate.*

*Mat. 11  
Mat. 16.*

*Pauli E-  
uangelii  
à prima-  
rijs Apo-  
stolis cō-  
firmatū.*

*Paulus  
præparui,  
Petrus  
circunci-  
sionis A-  
postolus.*

pellauit, eos nūc tāquā veritatis huius viuos, præsentes, & religiosos testes nominatim profert. *Iacobus, et Cephas, & Ioannes*, qui duo illa in se animaduertant. De quorum excelletia, & bona existimatione subiungit: *qui videntur columna esse, fide, religione, intelligentia, aliorum omnium fratrum sustentare, ac tueri imbecillitatē. Dextras dederunt mihi, & Barnabæ societatis.* Tanquam concordēs, & consentientes fratres; atque in Euangelio, neque verbis, neque sententijs à se discrepantes nos secum porrectis dexteris, quæ fidei testes essent, confociarunt: *Vt nos in Gentē, ipsi autem in circuncisionem.* Nostras legationes summa consiliorum omnium societate coniuncti prosequeremur, *tantum ut pauperum memores essemus*, hac solum facta pactione, vt gentibus Iudæis à gentibus locupletioribus subsidij aliquid, & opis curaremus. *quod & solitus fui hoc ipsum facere.* In quo studiofissimè quidem, & diligentissimè est à me elaboratum. Ex hac ergo narratione liquet à magnis Apostolis Paulum nulla in re fuisse diuersum.

## CVM AUTEM.

Ita m liquet ex eorum quæ Hierosolymis gesta fuere commemoratione, quam frigida, atq; ieiuna illa fuerit calumniatorum accusatio, quod in Euangelij prædicatione diuersus esset Paulus, à principibus, & honoratis Apostolis: superest id, quod Antiochiæ accidit, vnde cōiectura ducebantur aliqui ad suspicandum quod contrariæ inter se, Petri, & Pauli essent de Euangelio sententiæ: quæ coniectura, quam esset leuis, & perspicua & dilucida facti expositione constabit, *Cum autem venisset Petrus Antiochiam, in faciem ei restiti.* coram se obstitisse, ac repugnasse, ait, præsentem non absentem Petro, dum esset vterque Antiochiæ. *Quia reprehensus erat.* clam, & in occulto ab alijs illum argui, & accusari audiebam, & cur ab alijs accusaretur exponit. *Prius enim quam venirens quidam à Iacobo:* Hierosolymitani quidam Iacobum non-

bi nuntij, qui cum Iudæi natione essent, Euangelio crediderant: *cum gentibus edebat.* Quod factum Iudaicæ erat legis abrogatio: quæ omni cum exteris gentibus commercio, & ciborum præcipuè communicatione seuerissimè interdicebat, idque Petri factum, post diuinam de Cornelio Centurione admonitionem, post concilij Hierosolymitani decretum, post communicatum cum Paulo Euangelium iure non poterat reprehendi. Quod autem sequitur, illud est, quod ab externarum gentium Christianis hominibus reprehendebatur. *Cum autem uenissent,* Hierosolymitani scilicet à Iacobo: *subtraheret & segregabat se:* apud alienos, & externos homines non edebat, & forte non illorum modò cibariis abstinerebat; sed omnem prorsus defugebat consuetudinem, timens eos qui ex circuncisione: nonne quod ab illis sibi malum crearetur, sed illorum offensionem periculosam admodum effugiebat; uerebatur enim ne si illi qui parū firmitatis, & constantiæ habere uiderentur, non plenè adhuc de Euangelij libertate, perfecteque eruditi, legē à se negligi animaduertent; in qua fuerant educati, & quæ ut sanctissimā colebant, negligenter & ipsi Christū, atq; ab eo Iudaicos ritus penitus reuerterentur, & in hoc quoq; si totius rei iusti fuerimus æstimatores, nihil erit, quod reprehēdamus in Petro quādo id egit, quod egisse Paulum Lystris, Cenchris, Hierosolymis; deniq; hortatore Iacobo, memoriæ proditum est, & Romanis præcepisse ex ea quam ad illos rescripsit epistola cōstat: ubi inter cætera sic loquitur: Si propter cibum lege interdictū, quod scilicet tu uteris, qui Euangelij libertatem amplecteris, frater tuus cōtristatur, iam nō secūdū caritatē ambulas. Et quæ sequūtur, sunt generis eiusdē. Quid autem hæc Petri actio alijs ferret in eommodi, atq; detrimenti à Petro per imprudentiam, neq; animaduertentem, neq; prouisum: quod & Paulo resistendi atq; repugnandi necessitatem obtulerit, uideamus. & *simulationi eius consenserunt ceteri Iudæi.* Per multi Principū existūt imi-

*Petrus cum gentibus edebat.*

*Act. 10. Act. 15.*

*Petrus à gentibus se subtraheret & ceteri.*

*Rom. 14.*

*Principū*

*Apostoli primarij, & quasi Ecclesiæ columna. Apostolorū summa concordia.*

*Antiochiæ Petri reprehensus.*

tatores: proinde factum est, vt qui Antiochiæ erant ex Iudæorum natione Christiani, hâc Petri simulationem sequerentur, fictè cernino, & simulatè legis obseruantiam. & cultum præferentes, sed non eo fortè consilio, quo Petrus. *Ita vt & Barnabas simul abduceretur in illorum simulationem.* Illud Paulo intolerandum videbatur, quòd non plebei solùm, & infimi homines, sed & Barnabas quoque, qui socius atque adiutor erat ipsius, in procuranda externarum gentium salute personam, ac synceram Euangelij prædicationem ad fictum illum, ac simulatum legis cultum, illorum imitatione traducere-  
 tur. Verù quod erat perniciosum magis, magisq; pestiferum, ex Pauli repugnantia, atque reclamacione statim intelligerimus. *Sed cum vidissem quòd non rectè ambularent ad veritatem Euangelij,* Cuius veritas ea maximè contaminatur opinione, quæ ex illorum facto, hominum mentibus ingenerabatur, oportere scilicet seruare legem Moyfi ad iusticiam & salutem per Christum Iesum adipiscendam. *Dixi Petro coram omnibus.* Hoc illud est, quod supra memorauit, se refutasse Petro *κατὰ ὀψέειπτον*, coram videlicet, ac palam: Præclara hæc est, & vera reclamatio. *Si tu Iudeus cum sis, gentiliser visis & non Iudaice.* quod apparet manifesto, ex eo quod agebas, priusquam Hierosolymitani à Iacobo adessent nuntij. *Quomodo Gentes cogis Iudæizare?* Hoc erat admodum exitiosum, quod improuidi, & imprudente Petro ex eius actione sequi animaduertit Paulus: non modò enim Iudæi, quorum & naturæ, & consuetudinicon donari tum poterat error ille donec plenius de Euangelij libertate docerentur; sed alieni quoque à Iudæorum natione homines, qui sanctum, & salutare existimabant, Petrum ducem in omnibus sequi, & imitari Iudaicos ritus, & ceremonias amplecti compellebantur, quibus id agendi nulla subesse poterat ratio, nisi quod opinaretur gratiâ Domini nostri Iesu Christi, absq; Iudæorù legitimis moribus, & institutis ad iusticiâ, & salutem esse imbecillam

*Euangelij  
veritas.*

*Petri im-  
prudencia*

cillam, qua nulla excogitari potest detestabilior opinio.

NOS NATURA.

QUAE sequuntur omnia, ad finem vsque capituli præclaram quandam, ac reconditam continent eruditionem, qua Petro ostendit quàm extra modum absonû esset, & absurdum id, de quo ipsum commonefecerat ad cultum, scilicet legis Iudæorum, homines adducere, qui ex varijs & diuersis nationibus ad Christi religionem capessendam venerant, inquit: *Nos natura Iudæi, & non ex gentibus peccatores.* De seipso, ac Petro loquitur, qui Iudæi non alienigenæ erant, & peccatores quemadmodum in Epistola ad Romanos ostendit, omnes tam Iudæos, quàm alienos homines peccato esse obnoxios: Scientes quòd non iustificatur homo ex operibus legis. A Spiritu sancto edocti non modò nos; sed nullum omninò hominem ex perfecta legis obedientia iustum fieri, ac propterea à legis iugo, & onere (quod neque nos, neque patres nostri ferre potuimus) liberandos esse alienigenas, Hierosolymis iudicauimus. *Nisi per fidem Iesu Christi.* Hoc vnum continetur in lege, quòd aditum patrefacit ad iusticiam fides Iesu Christi: sine qua omnis alia frustra tentatur ad iusticiam via. Adumbratur illa quidem in lege sapiensimè, & expressius quandoq; præcipitur: vt in eo quod à Moyse, Israëlitis Dei nomine mandatum fuisse, Stephanus in concione retulit Iudæorum: Prophetâ suscitabit vobis Deus de fratribus vestris: tanquàm me, ipsum audietis. Hinc Dominus ipse Iesus Christus ad eisdem sic loquitur, Si crederetis Moyfi, crederetis & mihi; de me enim ille scripsit. *Et nos in Christum Iesum credidimus vt iustificaremur ex fide Christi, non ex operibus legis.* Ego & tu, o Petre, hac imbuti Spiritus sancti doctrina, in Iesum Christum credidimus, vt per eam fidem iusticiam assequeremur, non per opera legis, in quibus dum versabamur, de nostris peccatis non ab-

*Iustificatio  
non est  
ex operibus  
legis*

*Iustificatio  
ex fide  
Iesu  
Christi.  
Deut. 28  
Act. 7.*

*Ioan. 5.*

soluebamur. Propierea quod ex operibus legis non iustificabitur omnis caro. Hæc fuit ratio, quæ nos à legis operibus ad Christi fidem traduxit: quia neque natura Iudæi, neque alienigenæ per legis opera suorum criminum ueniam unquam impetrabunt.

QVOD SI.

HÆC quæ illi cum Petro conueniebant, tanquæ initia, ac firmissima posuit fundamēta, ex quibus breui quidem; sed arguta cōcludit ratione quàm esset illud ab absurdissimum quod ex Petri factō sequebatur, ut scilicet ad Iudaicos ritus compellerentur alienigenæ. *Quod se querentes iustificari in Christo.* Nos natura Iudæi, qui sub lege diu viximus: nos in legis operibus exercitati, & calentes viam adipiscendæ iustitiæ, non legem esse, sed fidem Iesu Christi: nos eam ingresi viam, qui relictis legis operibus in Christum credidimus, ut iustitiam ex ea fide consequeremur. *Inueniamur & ipsi peccatores.* In hoc quod ex fide Christi relictis legis operibus, iustitiā quærimus. Quod sequitur absurdum per interrogationē ex tulit. *Nunquid Christus peccati minister est?* Cuius spiritu instructi legis opera, ex quibus nullus unquam hominum iustitiam adeptus est, reietimus illius fidem amplexati, *absit,* absurdum id scilicet, & omnino respuendum, ac ne in cōgitationem quidē cuiusquam decet cadere, ut qui minister est iustitiæ, minister sit peccati; sed quod ad legem Gentes adducendo (id quod ex Petri factō sequebatur) inuenirentur & ipsi peccatores, in iis quæ sequuntur uerbis ostendit. Et iam non amplius de Petri persona (ut initio fecerat) neque de utriusque (ut paulo post) sed de sua tantum loquitur, ut ostendar factū, siue simulationem illam, de qua disputat, etiam si ab ipso profecta esset, propter id quod ex ea conseqeatur, fuisse reprehendendam. *Si enim quæ destruxi, hæc iterum ædifico, præuincitorem me confitens.* Tale siquidem erat quod ex Petri

*Absurditas  
nas qui  
ex Petri  
facto se-  
quebatur*

Petri factō sequebatur, nisi ad accuratam eius rei considerationem fuisset à Paulo excitatus. Dum enim cum alienis cibum capiebant, opinionem euertebat parandæ per legis opera iustitiæ. Eandem rursus construebat, dum ab epulari illorum accubatione sese cohibebat. In altero quidem à seruitute legis liberabat: in altero uero quasi necessitatem seruandæ legis afferebat, in quo se ipsum culpabat, ac factō confiteri uidebatur peccatum à se fuisse, quando legis mandatum prætermisisset.

*Ad absurditas  
Petri  
factum  
consequens  
quæ.*

EGO ENIM.

PAVCIS nunc uerbis, quorum est memoria piæ, inuolateque seruanda (continet enim epitomen longioris illius disputationis) quam hac eadem de re in Epistola ad Romanos conscripsit, concludit; ac suo docet exemplo, quid Christianis omnibus de lege statuendum sit. *Ego enim per legem legi mortuus sum.* Lex quæ faciendæ iubet, prohibetque contraria, & nullum ad hæc auxilium fert, quæ cupiditatem, perenne malorum omnium fontem non modò non prænat, sed irritat; quæ tantum abest, ut vllam peccati ueniam secum ferat, ut ipsum potius peccatum egregiè, & excellenter sceleratum, atque improbum faciat: quæ omnia in ea, quæ ad Romanos scripta est, Epistola declaratur: Lex, inquam, coegit me, ut ipsi nuncium remitterem, & de ea tanquam illi mortuus ne cogitarem quideam ulterius, ac nihil in ea ad iustitiā, & salutem ponerem; hoc idem Romanis sentiendum esse scripsit: Itaque fratres mei, & vos mortui estis legi. Et item, soluti sumus à lege mortis in qua detinebamur. *ut Deo uiuam.* Viuere Deo illud est quod ad Romanos scripsit, ut fructificemus Deo, hoc est, fructus, quos Deus requirit à nobis, feramus, quod sub legis imperio conabamur quidem; sed frustra laborabamus. *Vna cum Christo crucifixus sum.* *meas omnes cogitationes, & spe à lege, ad Christi crucem;*

*Christiana  
de lege  
sententia.*

*Legi per  
legem mori  
quid.  
Rom. 7.*

*Rom. 7.*

*Deo uiuere  
quid.*

*Crucifixus  
cum Christo  
quid.*

cem, & mortem traduxi: Pernicioſæ enim ac peſtifræ li-  
centiæ eſt à lege ſeiungi, & cum Chriſto non coniungi;  
quæ quidem coniunctio fit, ſi unâ cum illo mortem op-  
petamus, omnem deponentes peccati uetultatem, unâ  
cum illo excitetur à mortuis in nouitate uitæ ambu-  
lantes, ac ſeruietes in nouitate ſpiritus, non in uetulta-  
te litteræ; de quibus omnibus elegantiffima, maxime-  
que pia extat in Epiftola ad Romanos inſtitutio: dum ſa-  
croſancti Baptiſmi myſteria edifferuntur. Itaq; cum Ro-  
manis dixiſſet, Mortui eſtis legiſtatim adiunxit, per cor-  
pus Chriſti, ut ſitis alterius qui ex mortuis reſurrexit. *Vt  
uo autem non iam ego, uiuit uerò in me Chriſtus.* in cuius gra-  
tia legi mortuus ſum, uel legem repudiaui, iam tencò.  
Nâ una cum Chriſto cruci affixus, hoc eſt, ab omni pec-  
cati uetultate liberatus; uiuo Deo, fructus uberes edo,  
Deo gratos, & acceptos, quos ne ſuæ uirtuti tribuere ui-  
deretur, inquit: Non iam ego; neque enim tanti ſum; ſed  
Chriſtus cuius miniſter ſum, qui in me loquitur, in me  
habitat, in me bona efficit omnia, in quo gloriòſior, in cu-  
ius potentia omnia poſſum, cuius habeo ſpiritu, quem  
qui non habet, hic non eſt eius ſimile eſt illud, Plus  
omnibus laboraui, non autem ego; ſed gratia Dei  
mecum.

Roma. 7.  
Roma. 6.  
1. Cor. 3.  
2. Cor. 13.  
Ephes. 3.  
Rom. 15.  
2. Cor. 10.  
Phili. 4.  
1. Cor. 2.  
Roma. 8.  
1. Cor. 15.

QVOD AUTEM.

*Vita in carne que.*  
VIVEBAT IUSTUS, & ſanctus Apoſtolus Deo quem  
admodum paulò antè dixit: ſed & adhuc uiuebat in car-  
ne; ea uerò eſt uita in carne, quam ſeptimo capitu. Epi-  
ſtolæ ad Romanos mirè deſcripfit; pugna illa acerrima  
carnis cum ſpiritu: quam cum diligenter, ac ſubtiliter de-  
ſcripſiſſet, exclamauit, Inſelix ego homo, quis me li-  
berabit de corpore mortis huius? Ac tandem concludit;  
Igitur idem ego, mente quidem ſeruo legi Dei, quod  
eſt uiuere Deo: Carne autem legi peccati, quod eſt uiue-  
re in carne, procliuatam ſcilicet, ac propenſionem quã  
dam

dam ad peccandum ſentio; cui duriffimam ſeruiò ſerui-  
tutem, quam repellere nequeo. De hac igitur uita in car-  
nè quod damnari propter eam nõ extimeſceret, inquit,  
*Quod autem nunc uiuo in carne, in fide uiuo filii Dei.* Hæc vi-  
ta in carne, quod cum Chriſti eſt fide coniuncta, damna-  
toria non eſt: modo illud etiam quod Romanos docuit, *Vita in  
carne nõ  
damnari;*  
ut ſecundum carnem neque ambulemus, neque uiua-  
mus, hoc eſt, ut ſtimulis, & incitationibus quas ad peccan-  
dum caro admouet, non cedamus. Nam ita inquit poſt ſe-  
ptimi capitis concludionem initio octaui: Nulla ergo  
nunc condemnatio eſt iis qui in Chriſto Ieſu non ſecun-  
dum carnem ambulant; ſed ſecundum ſpiritu. Ac pau-  
lò poſt: Debitor es ſumus non carni, ut ſecundum carnem  
uiuamus: ſi enim ſecundum carnem uixeritis, moriemini;  
ſi autem ſpiritu facta carnem mortificaueritis, uiuetis.  
*qui dilexit me, et tradidit ſemetipſum pro me.* Hæc autem ſunt,  
quæ in Chriſti fide, firmum, fixum, ſtabilem, & immotum  
retinent, eius. ſ. erga me ſumma beneuolentia, & chari-  
tas, quæ illum adduxit, ut uitam pro me, animo profun-  
deret libentiſſimo. *non abicio gratiam Dei.* hanc ſcilicet  
beneuolentiam, maximum hoc beneficium appetitæ,  
pro mea ſalure, mortis acerbiffimæ. cuius pro merito gra-  
tis mihi iuſtitia conferretur, & uita. *nam ſi per legem iuſtitia,  
ergo Chriſtus gratis mortuus eſt.* Reiciit certè, & irritum fa-  
cit beneficium mortis Ieſu Chriſti, quiſquis per legem ſe  
iuſtitiam adipiſci poſſe putat. Nam fruſtra, ac ſine cau-  
ſa mortuus eſt, ſi iuſtitiam quam homini ſuæ mortis me-  
rito gratuitam præſtare deſignabat, nuda potuiſſet lege  
contingere. De rebus quæ Hieroſolyms, & Antiochiæ  
acciderunt, hætenus: in quibus nihil fuiſſe inter Petrũ  
& Paulum diſſenſionis, illud declarat, quòd nihil legimus  
contra hanc Pauli doctrinam, à Petro fuiſſe reſponſum.  
Conſutatiffis igitur accuſatorum calumniis omnibus, ad  
inſtruendos nunc & conformandos Galatas, ſermo-  
nem conuertit.

Chriſti  
gratia  
non abij-  
cienda.

Chriſti  
gratia  
quomò-  
do reſtate-  
tur.

CAP. 3.

Obiurgatio acerba.

Contumelia pro acalev.

Eccles. 23.

Fascinatio quid.

INCIRIT autem ab obiurgatione, quæ non nihil habere videtur acerbatis; sed non sua, verum illorum, qui obiurgabantur, causa susceptæ. Ea nanque ratione potissimum, diuinam hastenus suæ legationis Euangelijque auctoritatem sui stabiiliuit. Sententiam item de lege suam ab Epistolis auctoritate grauisimam, gloria clarissimis approbatam fuisse ostendit, ut maiore uis, grauiore etiam uerborum pondere, Galatas doceret apertius, moneret liberius, uocasset audacius, increparet asperius. *ð filii Galatae.* uoce contumeliosa tanquam aculeo illos exccitat, ut ad ueritatẽ à qua recesserant incipiant reuocare rationem. Sed hac uoce quanquam contumeliosissimẽ maledicere uideatur, nihil amplius inteligit, quam si dixisset, rudes, inconsiderati, leues, inconstantes. Nam stultus (ut dixit Sapiens) quem admodum luna mutatur, ac uidetur redire ad illud, quod initio præposuerat. Miror quod tam citò transferimini ab eo qui uocauit vos in gratia Christi. *quis vos fascino?* Quod *dicitur* essent, non tam ipsi uitio dandum esse significat, quam illorum peruersitati, improbitatiq;e, à quibus uiris præstigijs, dolis, atque fallacijs, cum ipsi perturbati, tum simplex, & sincerum Iesu Christi Euangelium deprauatum fuerat. De quibus supra dixerat, Sunt aliqui, qui vos conturbant, & querunt inuertere Euangelium Christi. Est autem fascinoare vel inuidio oculo, oculorum aspectu, vel carminibus, ueneficijs, alijsue qui buscuq;e malis artibus, de sano aliquem, & incolumi naturæ statu in ægritudinem aliquam siue mentis, siue corporis, siue utriusq;e, transferre. Galatas igit *auon'tous* appellauit, eod, quod falsa quorundam predicatione tanquam fascino siue magica quadam cantione à clara Euangelij ueritate depulsi in mendacia, & fraudes abducti fuissent: ac propterea cum dixisset, *quis vos fascino?* adiunxit, non obedire ueritati? hoc est, ut à ueritatis suade in

de in qua immotos perseverare oportebat, ad inanes, & falsas doctrinas animos uestròs conuerteritis? *quibus ante oculos Iesus Christus præscriptus fuit.* Hoc illud est quod vos maximè firmos in fide ueritatis retinere debuerat, quod antequam de lege aliquid à falsis istis Apostolis audiissetis, mea ego prædicatione Iesum Christum uobis ob oculos posueram, & tanquam pictura quadam expresseram, ueram scilicet & uicam iustitiæ, & salutis per Christum adipiscendam uiam, *in uobis crucifixus.* Quando uidelicet Euangelio credentes sacrosancti Baptismi mysterio initiati fuistis: in eo nanque sacramento, cum Christo in crucem agi nos dicimur, & Christus in nobis crucifigi, quod cum Christi crucis promerita nobis tum communicantur omnia, tum uero, quod in eo Christi mors præcipue representatur, dum initiari peccato morimur, & ueteri uitæ, omnibusque rebus in nostro primo ortu acceptis, ac tanquam à mortuis excitati, in nouitate uitæ ambulamus. Hoc illud est, quod ad Romanos scripsit: Quicunq;e baptizati sumus in Christo Iesu, in mortem ipsius baptizati sumus; cumq;e etiam post peccata denuò hoc eodem initiari sacramento prohiberet, eadem usus est loquendi figura, inquit, Rursus crucifigentes in semetipsis filium Dei.

## HOC SOLVM

ARGUMENTARI incipit, & ratione concludere, stupidos plane, ac stolidos fuisse Galatas, qui à Iesu Christi in ipsis iam crucifixi, notitia, & fide, quam suæ prædicatione quasi pictura quadam ante oculos propo- sita acceperant, ad legis mandata, & ceremonias traduce se permisissent. Querit autem hoc solum *uolò discere à uobis*, ex quo satis superq;e habeo ad uestram uobis stupiditatem demonstrandam, *ex operibus legis spiritum accepistis, an ex auditu fidei?* Spiritum adoptionis, quo iusti, & filij Dei facti quondam fuistis, ustra consecuti estis ratio-

Christus in suis fidelibus quando crucifigitur.

Rom. 6.

Hebr. 6. Spiritus ex lege car ex Euag.

*Auditus Fidei.* ne quod legi uos obedientes præbebatis? An Euangelii potius auditione, ex qua Fides uobis ingenerata fuit? Et enim ex hac interrogatione illud protinus efficeretur nõ ex lege, quæ uni Iudæorum genti cognita erat, sed ex fide auditi Euangelii spiritum adoptionis affectos fuisse Galatas: illud tanquam certum, & concessum prætermisit, & alia subiecta interrogatione, quod uult concludit. Sic *Stulti estis ut cum spiritu cæperitis, nunc carne consummami?* Est sine usque adeo stupidi, ac fatui, ut cum ueltræ iustitiæ, ac salutis primum fuerit initium, & fundamentum spiritus adoptionis, quem fide concepistis perfici, nunc & absolui putetis ex carne: hoc est (ut alio loco loquitur) ex spiritu seruitutis, & timore legis: cuius uinculis homines carni dediti, ac spiritu Dei omnino uacui comprimi solent, & constringi, ut ex imperfecta, & inchoata legis iustitia, ad perfectam, & omnibus partibus absolutam fidei iustitiam perducantur. Cum autem Galatæ illi uidelicet, qui Euangelio crediderunt, ad quos scribit Apostolus, ab Euangelii opugnatoribus grauissimè afflicti aduersa multa patienti animo antea tollerassent (iis enim quemadmodum & Philippensibus donatiu fuerat, ut non solum in Christum crederent, sed etiam pro illo multa ad patiendum, tolerandumque difficultia sustinerent) postea uero à spiritu, quo duce optimi seruntur, ac percipiuntur fructus, ad carnem defecissent, propterea tertia, quam subiungit, interrogatione, omnem illos superioris patientiæ fructum perdidisse, & magno quidem cum illorum dedecore & ignominia dolenter ostendit. *Tam multa passi estis; A uestris, & Euangelii seditionosis aduersariis, quemadmodum Iudæis accidit, & Thessalonicisibus. Sine causa; Frustra & inutiliter, cum à recta Euangelii fide, & puritate excideritis. Sed ne pro perditis illos, & desperatis habere uideretur, adiungit: Si tamen sine causa. nam si resipueritis, fructuosa uobis futura est, & utilis uestra illa patientia.*

*Spiritus salutis principium. Caro pro spiritu seruitutis & timore legis.*

*Rom. 8. Philip. 1*

*Defectio à spiritu ad carnem.*

*1. Thez. 2.*

## QVI ERGO.

*QVI Galatas circumueniebant, acuti, et malitiosi homines non tam Moyse Iudæorum legislatoris auctoritate nitebantur, quæ apud Græcam nationem parum fortè habuisset momenti, quam Abrahamæ cuius nomen toto terrarum orbe, et apud omnes gentes, et nationes uenerationem habebat propter diuinum illud ei editum oraculum. In te benedicentur uniuersæ cognationes terræ: Dicebant igitur, cum Abraham, & eius semine fecit Deus fœdus circumcisionis sempiternum: ut qui non circumcunduntur, neque ad Abrahamæ semen pertinere possint; neque quod Abraham promissum fuit, ipsi ad se transferre. Hoc igitur argumentum, quo tanquam firmissimo propugnaculo, septos se illi, & munitos arbitrabantur, nunc redarguit, ac refellit Apostolus, in irio sumpto à prima superioris rationis parum immutata interrogatione. qui ergo tribuet uobis spiritum, quo adoptati, & sanctificati fuistis. & operatur uirtutes in uobis. Admirabilia, & summæ potestatis apud uos opera ostendit, ille scilicet semper idem Deus, qui suam Abraham pollicitus est beneficentiam, & ad pactonem cum eo uenit circumcisionis. ex operibus legis an ex auditu fidei? Quid causæ fuit, quod Spiritus sui largitione adoptauerit, & admirabilem suam uobis potentiam demonstrauerit: quod legi obsequentes fuistis, an uerò potius, quod audito Euangelio credideritis? eadè prorsus paulò antè usus est interrogatione, paulum uariata forma. Tum enim quæsiuit quo suo promerito spiritum accepisset, nunc autem sciscitatur, quid nam in illis secutus sit Deus, quæ in unum omnino atque idem recidunt. Ad secundum autem interrogationis membrum Abrahamæ iustitiam pertinere ostendit, sacrarum literarum testimonio. Sicut Abraham credidit Deo, & imputatum est illi ad iustitiam. Si Abraham uobis imitandus proponitur, ille quidem ex auditu fidei, non ex operibus legis spiritum est adoptionis affectus, & cum*

*Abraham magna auctoritas.*

*Gen. 12.*

*Gen. 17.*

*Abraham nomine falsi abutebantur*

*Apostoli*

*Spiritus.*

*Virtutes*

*Gen. 15.*

*Roma. 4.*

*Abraham iustitia ex fide,*

*& cum*



& cum eo iustitiam, sanctitatem, pietatem. Fidem enim eius, qua Deo magnam sibi posteritatem promittenti credidit, respexit Deus. Cuius etiam ratione idoneum illum habuit, ad obtinendam adipiscendamque iustitiam. Cum igitur confitendum omnino Galatis esset, non ex operibus legis quam ne agnoscebant quidem; sed ex auditu Evangelij fide, spiritum illis adoptionis Deum elargitum fuisse, & potentiae suae immensitatem ostendisse. Si ad Abraham praesertim, de quo multa illis artificiosè inculcabantur, tanquam ad verè iustitiae exemplar suas cogitationes dirigerent, argumentationis suae sententiam ita concludit Apostolus, vt aduersariorum mendacia à quibus magna nominis Abraham auctoritate seducti Galatae fuerant, confutet, atque conuellat. *Cogno scite ergo quod qui ex fide sunt, et sunt filij Abraham.* Imponi vobis, ac fucum (vt dicitur) fieri ne sinatis, sed intelligite ex eo quod Abraham ex fide iustitiam adeptus est, ad eius semen illos pertinere, & illos verè eius esse filios, qui fide, non qui circuncisione, vel legis operibus innituntur.

*Abraham filij qui*

#### PRAEVIDENS.

ABRAHAE generis, & seminis, quoniam verè esse existimandi sunt; diuino iam ostendit oraculo: vt id quod contra ab aduersarijs dicebatur, coargueret. De eo nunc tractat, quod Abraham à Deo promissum fuerat, quoniam illud à se transferre possint. Nam in hoc quoque illorum exultabat oratio ac quasi triumphare videbatur. *Praeuidens autem Scriptura.* Sacrorum scilicet librorum primus auctor Spiritus sanctus. *quod ex fide iustificat gentes Deus:* hoc prauidit Spiritus sanctus. Nam quae Dei sunt, nemo cognouit, nisi Spiritus Dei, qui in ipso est, quod ex fide Evangelij largiatur Deus gentibus iustitiam: qua etiam de re, duo, quae in ea, quam ad Romanos scripsit Epistola, tractantur, animaduertenda sunt. Alte-

rum

rum Deum esse, qui iustificat: Alterum iustificare eum, qui ex fide Iesu Christi. *Praenunciavit Abraham.* Euangelium sanctum, uidelicet felix, faustumque nuncium, longè priusquam perficeretur, Abraham significauit. Quod quidem paucissimis quae sequuntur uerbis continetur. *Benedicentur in te omnes gentes.* Euangelium Abraham promissum continens, hoc est, fore ut in semine suo, Christo scilicet (ut Paulus ipse in hac eadem Epistola interpretabitur) omnes nationes iustitia, & salute donarentur. Tanquam uerò postulasset concedi sibi, quod oraculo paulò antè citato probauerat, Abraham ex eo, quod huic pollicitationi fidem adhibuisset, iustitiam adeptum fuisse, concludit: *Igitur qui ex fide benedicuntur cum fidei Abraham.* Quod Abraham promissit Deus, illis efficit, qui proptam Abraham fide, & hilarem sequuntur obedientiam.

*Iustificatio.*

*Roma. 8.*

*Euangelium Abraham significatum.*

*Gen. 12.*

*Euangelium quod*

*Abraham continet*

*promissionem.*

#### QUICUNQUE ENIM.

EX DOBVS propositae disunctionis membris unum duntaxat tractauit hactenus, fidem scilicet Evangelij, ad quam referendam esse docuit Abraham progeniem, & illud totum, quod illi Deus spondendat. Alterum nunc aggreditur, opera scilicet legis. Nam disunctio illa fuit, ex operibus legis spiritum accepistis, an ex auditu fidei inquit autem, *Quicumque enim ex operibus legis sunt, sub maledictione sunt.* Tantum abest, ut qui non alia, quam operum legis uia ingrediuntur, ad Dei clementiam, & gratiam Abraham promissam perueniant, in illis irascatur potius, & succenscat Deus tanquam ipsius legis execratione damnatis. *Scriptum est enim,* de hac execratione. *maledictus omnis, qui non permanet in omnibus quae scripta sunt in libro legis, ut faciat ea.* Haec est execratio legis, cui si adiunxeris doctrinam tertii capituli Epistolae ad Romanos, ubi multis legis ipsius mirabiliter congruentibus, & accommodatis testimonijs omnes ad unum homines nocentes facit, & reos discessionis à

*Legis opera.*

*Legis uia ad maledictionem ducit.*

*Deut. 27.*

*Legis execratio.*

*Rom. 2.*

C lege,

lege, huic statim legis execrationi, ac diuinæ indignationi addictos esse omnes intelliges, qui ad iustitiam, & benignitatem Abrahamæ a Deo promissam, per legis operam festinant. Non poterat autem ea doctrina Galatibus esse ignota, quibus Apostoli prædicatione depictus iam fuerat CHRISTVS crucifixus, quem nemo amplectitur, nisi qui se prius ex legis sententia condemnauerit, atque diuinæ uindictæ districtum, & obligatum senserit.

QUOD AUTEM.

ALIVD nunc de lege ex legis operibus assert. Id autem est, quod lex neque requirit, neque pollicetur, aut præstat eam iustitiam, qua quis diuino iudicio examinatus, iustus inueniatur. *Quod autem in lege nemo iustificetur apud Deum, manifestum est.* Deprehenditur manifestò iustitiam legis non eam esse, quæ hominem, si in Dei certum, & purum iudicium vocetur, uelut iustū saluum facere possit. De quo dixit etiam in Epistola ad Romanos, Ex operibus legis non iustificabitur, omnis caro coram Deo. *quia iustus ex fide uiuet.* Ex Dei uerbo, quod est apud Prophetā Habacuc, declarat, quænam sit apud Deum uera iustitia; iustitia scilicet ex Fide, in qua uita promittitur. Quo etiam testimonio usus est in ea, quæ est ad Romanos Epistola, & in ea, quæ ad Hebræos. *Lex autem non est ex Fide.* Iustitia, quam lex requirit, & in qua uitam pollicetur, non est iustitia fidei, quod legis ipsius auctoritate fulcit. *Sed qui fecerit ea, homo uiuet in ipsis.* Iustitia legis, in qua uitam pollicetur, est iustitia operum quæ in eo tota posita est, ut legis mandatiò obtemperemus, & quæ lege præcipiuntur, exequamur. Iisdem uerbis ex Leuitici libro desumptis, Iustitiam legis descripsit in Epistola ad Romanos, quam cum perfectè, & integrè nemo præstitit (ut ad Romanos scripsit) & Galatas suam prædicatione docuerat, necessaria ratione concluditur. Iustitiam legis non esse eam, quæ

quen-

quenquam apud Deum, seu erum, & acrem operum iudicem seruare possit.

CHRISTVS.

DEUTRAQUE disfunctionis parte disputauit, ac firmisimis declarauit testimoniis, non ex legis operibus, sed ex fide per auditum concepta, ueram iustitiam, & spiritum sanctum contingere, in quibus omnis Abrahamæ a Deo liberaliter promissa benignitas continetur. Rationem nunc, & uiam, quæ à terribili legis comminatione erepti ad iustitiam Fidei, & Spiritum sanctum tam Iudæi, quam reliquæ nationes peruenerint, breuè complectitur. *Christus nos redemit de maledictio legis.* A legis execratione, quam ex Deuteronomii libro explicauit tanquam à durissima seruitute, & horribili terrore per Iesum Christum nos esse redemptos sentire debemus. Redimendi uerò ratio fuit, quæ sequitur. *Factus pro nobis maledictum:* dum uoluntaria morte, & illa quidem detestabili, & execranda affici uoluit. De qua morte inquit. *Sicut scriptum est, Maledictus omnis qui pendet in ligno.* Huius igitur miserandæ mortis poena affecto Christo; non nostra solum ab execratione legis, liberatio consecuta est, sed, & illud, quod sequitur, effectum, *ut in gentibus benedictio Abrahamæ fieret in Christo Iesu:* ut non Iudæi solum, uerù alienæ quoque nationes Dei benignitatem Abrahamæ promissam consequerentur in fide Iesu Christi, qui semen illud fuit, de quo audiuit Abraham, *In semine tuo benedicentur omnes gentes terræ.* Sed breuè, quæ sequitur, sententia, magnum illud, & Diuinum bonum Abrahamæ promissum concludit, *ut pollicitationem spiritus accipiamus per Fidem.* uera, & solida iustitia Abrahamæ promissa; quæ una Abrahamæ filius constituit, & saluus in Diuino iudicio facere potest, hæc paucorum uerborum circumscriptione comprehenditur. Ea in se continet fidem remissionis

Benedictio Abrahamæ promissa quæ Redemptio à lege per Christum.

Redimendi ratio. Christus maledictus.

Deu. 21. Benedictio Abrahamæ promissa ad gentes quæ modo.

Gen. 22.

Iustitia

C a tionis

*Abrahæ promissa quibus rebus cõmesur.*  
 sionis peccatorum, ex immenso Christi merito per quã datur credenti Spiritus sanctus: quo dice opera fiunt, ea ratione, quã una Deo probatur: hoc est, non lege imperante: sed spiritu persuadete, non pœnæ metu cogentes; sed liberali charitate mouente, non ulla humanæ gloriæ cupiditate impellente, sed diuinæ tantum gloriæ studio incitante.

## FRATRES.

MAGNA semper circumspectiõne Apostolus utitur, ne quid aduersus suã doctrinam, quam à spiritu sancto haurire se sentiebat, captiosi, ac uersuti homines afferre possent. Hoc itaque loco cum potuissent illi dice re; uera quidem sunt, quæ de Abrahæ, ac illius posteritatis iustitia, & sanctitate ad fidem referenda attulissent; tamen nisi qui fide perditii sunt, mandatis quoque legis obedientiam præbeant, frustra quis promissum possulet, aut expectet spiritum sanctum: ne hac Galatarum animi occuparentur calumnia, prouideret, ac præcauere studet, diligenti quidẽ facta, & accurata promissionis, & legis collatione. *Fratres, secundum hominem dico.* Humana nunc uobis, & terrena propono, quo diuina facilius, & cœlestia capiatis. Nã (ut dominus noster Iesus Christus ait) si quis terrena audiens non eredit, quomodo si audierit cœlestia credet? *Tamen hominis confirmatum testimonium nemo spernit, aut superordinat.* Hoc habent homines sacrosanctum, ut testamentum confirmatum quã uis hominis sit, & ab humana uoluntate profectum, nemo rumpere, aut ei aliquid adiungere præsumat; sed firmum, ac ratum, quemadmodum factum est, in perpetuum esse oporteat. *Abrahæ autem dicta sunt promissiones, & semini eius.* his promissionibus non hominis, sed Dei testamentum, non humanam, sed diuinam uoluntatem contineri intellige; atque ut testamentum hoc tanquam comprobatum, & corroboratum haberes, dixit

pro-

*promissiones:* cum una tantummodo fuerit promissio. Quã ut constans, ac certa, confirmataque haberetur, sæpè legitur à Deo repetita. Quid autem sibi uelit, & semini eius, quæ sequuntur uerba declarant. *Non dicit, & seminibus quasi in multis, sed quasi in uno.* Illud primũ ponerat Deum in suo testamento unum tantum scripsisse. hæredem in sua promissione, ad unum tantum respexisse Abrahæ filium, qui cæterorum obtinere principatũ, & per cuius fidem cæteri hæreditatis fierent, ac promissionis participes. Quis autem ille esset, apertè explicat. *Et semini tuo.* Dixit Deus Abrahæ, Semini tuo dabo terram hanc: ad quod nunc uerbum respicit, ut exponat quodnam illud sit semen. *qui est Christus.* Vnicus scilicet Abrahæ filius, primarius, Dei hæres, ad quem unum diuina spectabat promissio. Nam eius unius ratione uniuersum genus Abrahæ, unde erat ortum habiturus, à reliquis omnibus nationibus, in optimam, saluberrimam, maximeque fertilem regionem segregatum diuinitus fuit. Quia diuisione designatum est fore, ut Abrahæ filii, hoc est, illius fidei, & pietatis imitatores ab impiis separarentur, & unius Iesu Christi gratia in cœlo collocarentur.

## HOC AUTEM.

AD CALVMNIAM, quam ab aduersariis adhiberi potuisse diximus euerendam accedit; declarans non potuisse liberam hanc expeditam, & ab omni cõditione solutam Dei promissionem, qua nulla unquã prolixior esse potuit, lege, quæ fuit longè posterior, rescindi, atque irritam fieri. *Hoc autem dico.* Hoc illud est ad quod uerba refero, quodque concludere intendo. *Testamentum ante confirmatum à Deo erga Christum.* De quo hæc tenus uerba fecimus, & in quo Principem hæredẽ Christum institutum fuisse ostendimus, ad quem omnis illa dirigenda est diuina promissio. *Quæ post quadringentos,*

C 3 &amp; tri-

Gen. 12.  
13. 15.  
18. 22.Semen  
Abrahæ.Christus  
unicus  
Abrahæ  
filius.Dei pro-  
missio le-  
ge nõ re-  
scindi-  
tur.

*Et triginta annos facta est lex, non irritum facit ad euacuandam promissionem.* Lex quæ Dei testamentum confirmatum iam, & corroboratum subsecuta est. post tot annos, quot ab Apostolo diligenter numeratos fuisse credendum est; illud minimæ rumpit, neque eam quæ in eo testamento continetur, promissionem rescindit, aut dissoluit; in quam unam tot annis omnes pii, & æmulatores fidei, ac sanctitatis Abrahamæ, tota mente, atque omni animo cõtuebantur, de lege ne cogitantes quidem. *Nam si ex lege hæreditas.* Si hæreditas ex legis mandatis, & operibus obuenit, non iam ex promissione. Nullum relinquitur amplius promissioni ad eundem hæreditatis ius, atque ita, quæ recentior fuit lex antiquiorem sustulit, ac deleuit promissionem. *Abrahæ autem per promissionem donauit Deus.* Iustitiæ cuius vnus ope, atque auxilio ad hæreditatē peruenitur, non ex lege; sed fide promissioni adhibita (quæ admodum superius quoque ostensum est) Abrahamæ Deus donauit. Ex quibus omnibus illud est perspicuum si per Abrahamæ uestigia hæreditas ad eundem sit ex fide erga promissionem non ex lege iustitiam querendam esse, ac nulla ratione dici posse, fide cum lege coniuncta expectandum esse Spiritum sanctum ab eo uindicet, qui & diuinæ promissioni credat, & legis mandatis obtemperet. De hoc eodem argumento in Epistola ad Romanos ita scripsit. Non enim per legem promissio Abrahamæ, aut semini eius; sed per iustitiã fidei. Si. n. qui ex lege sunt hæredes, inanis facta est fides, & irrita facta est promissio. Lex. n. irã operatur.

### QUID IGITUR.

REFVTATA tacitè calumniã, quæ ab aliis fortè adhiberi potuisset, quædam nunc ipse apertè affert, quæ uenire in dubium poterat; eaque prudenter dissoluit, ne in his, quæ docuit hætenus titubare quispiam, aut hæsitare posset. Primum illud est. *Quid igitur Lex?* Si ad iustitiam, & hæreditatem Abrahamæ promissum non perducit;

cit, quid obsecro eam ferre opus erat; De legis ergo officio, diuturnitate, latione, expectatione, propriè, & acerbè respondet. *Propter transgressiones posita est.* Legis officium fuit ad peccatorum cognitionem perducere. Nam ad obtinendam quam Abrahamæ Deus receperat iustitiam, necesse fuit, ut illa indigere se homo agnosceret. Nunquam autem id, nisi per legem, quæ sua cuique vitia, suas impunitates, atque interiores animi labe patefaceret, animaduertere potuisset. Qua de re alio loco scripsit. Peccatū non cognoui nisi per legem. Per legem cognitio peccati. donec ueniret semen, cui promiserat. Duratura erat lex, quoad ueniret Christus, qui (quem admodum antea declaratum est) unicus ille fuit Abrahamæ filius, quem in suo testamento primarium Deus hæredem fecerat, in quem unum diuinæ promissio spectabat, cuius ratione Abrahamæ pollicebatur Deus semen, in quo (ut dicebat) benigne facturus erat vniversis cognationibus terræ. *ordinata per angelos in manu mediatoris.* lata uerò fuit lex, ministrantibus Angelis, qui diuinæ uoluntatis decreta, atque edicta, ratione, & ordine disponebant, quo possent ab homine percipi. De quo etiam Stephanus, cum apud Iudæos concionaretur dixit, Acceperitis legem in dispositione Angelorum; lata quoque ac populo promulgata fuit, Moyse ministro, qui perinde omnia dispensabat, tam mandata, quàm neglectæ legis pœnas, atque uindictas, iudicia quoque, & ceremonias. ut Angeli præcipiebant. Appellat autem Moysen ΜΕΣΙΤΗΝ, non ea ratione, qua Christum in 1. ad Tim. epist. sed longè alia, quasi intermedium, & inter Dei promissionem, atque semen cui promissa Dei clemètia fuerat; Christum uidelicet atate, & tempore interiectum, quod ea, quæ sequuntur declarat, in quibus solita illa sua angusta, & concisa breuitate, ostendit, iis qui legem acceperant pro adipiscenda promissione expectandum fuisse Christum. *mediator unius non est.* qui intermedium dicitur, non vnū; sed duos inter quos tanquã mediator interiectus sit, cogitandos proponit. *Deus autem vnus*

Legis officium.

Rom. 3.  
Roma. 7.

Legis diuinitas.

Legislatio.

Tim. 2.  
Moyse quò mediator.

*Legis ex pectatio.* unus est, qui uidelicet promiserat. & si Moyses cum lege medius interpositus fuit, Christum prætolari oportebat: in quo uno diuinum beneficium Abrahamæ promissū rectè collocari poterat.

## LEX ERGO.

*Lex diuini promissionibus non aduersatur.* ALTERNUM nunc affert, quod scrupulum iniicere, ac dubitationem afferre possit. *Lex ergo aduersus promissa Dei?* Si ex lege promissa Dei non consequimur; sed illis potius, ne perficerentur, in medio collocata lex cū stationem attulit, & moram, diuinis illa promissionibus contraria, atque aduersaria uideri forte potuisset. *absit.* Ita responderet, ut ab ea cogitatione auersissimo animo se esse ostendat; quæ ab omnibus etiam, tanquam detestabilis execranda sit. Et ut indignam hanc, & intolerandam de lege suspicionem ex omnium animis penitus euellat, legem demonstrat diuinis promissionibus non modò non obtituisse; sed aliquid potius opis; atque auxilii ad illarum adeptionem attulisse: Verū illud prius tanquam uerissimum non modò concedit, sed etiam probat ex lege promissam Abrahamæ à Deo iustitiam nemini contigisse. *Si enim data esset Lex quæ posset uiuificare, uerè ex lege esset iustitia.* Si legis ea fuisset uis, ut homini uitam, quæ in eo posita est, ut iustus sit apud Deum, conferre potuisset, ex obedientia aduersus legem re uera existeret, atque exoriretur iustitia. Eam uerò legis uim, atque facultatem non fuisse, apertissimo concludit argumento. *Sed conclusit scriptura omnia sub peccato.* Post latam quoque legem prophetarum, quæ adhuc extant scripta, in omniuum hominum, eorum etiam, qui legem acceperant, illique se obtemperaturos profesși fuerant, cogitationibus, sermonibus, actionibus, prauitatem, peruersitatemq; coarguunt, atq; reuincunt. *Qua quidè de re non nulla in Epistola ad Romanos testimonia colligunt.* Vnde fit, ut Abrahamæ promissa iustitia nemini per legem

gem obtigerit, sed ea tantum consecuta fuerit ex lege utilitas, de qua subiungit: *ut promissio ex fide Iesu Christi data reur credentibus.* Hoc est, ut agnoscentibus ex lege suas deformitates, & ex prophetarū uaticinijs miserandam, qua interclusi, captiq; tenebātur, peccati seruitutē: cū fide tamen expectatibus semē Abrahamæ promissum Iesum Christū Saluatorē omnium, eiusdē fidei merito promissa donaretur iustitia. Igitur quamuis ex lege non fiat promissio, promissioni tamen non aduersatur Lex, quin potius eius comparandæ rationi maximè conducit.

## PRIUS AUTEM.

QUALIS autem esset Iudæorum sub lege status, qua etiam ratione à lege ad fidem deducti fuerint, apertis simis, ac valde congruentibus utens translationibus describit. *Prius autem quam uenisset fides.* Ante quam doctrina fidei, quæ tacita, & abscondita in paucis latebat, longè, lateq; fuisset disseminata, cuius merito seruanda erant promissa credentibus; *sub lege custodiebamur conclusi.* Nos Iudæi ab alijs nationibus segregati, in legis custodia tanquā inclusi continebamur. *In eam fidem, quæ reuelanda erat.* Nō illa quidem perpetua futura erat legis custodia; sed quo ad tempus adesset oportunū diuulganda fidei. Atq; hoc illud est, quod supra quoque legi præfixit, tempus, cū dixit: *Donec ueniret semen.* Itaque *lex pedagogus noster fuit in Christum.* Altera nunc utitur metaphora, in qua legē pedagogo similem facit: cuius metu Iudæi tanquam pueri in cultus diuini regula, & officio sese cōtinabant; sed quemadmodum carceri terminum præscripsit apertam fidei prædicationem; ita & pedagogiæ tempus præfiniuit usq; ad Christum, ex cuius fide illud perficeretur, quod perfici ex lege nunquā potuisset: de quo inquit, *ut ex fide iustificaremur.* Hæc igitur Iudæorum fuit sub lege conditio, hæc ratio qua à lege ad fidem deducti fuere; à custodia scilicet, & formidolosa pedagogi disciplina ad ueram, & ingenuam in Christo libertatem.

DESCRIBIT nunc statum, in quo non Iudæi modo erant à lege ad fidem traducti; sed & omnes omnium gentium homines qui fidei in Christo sacramento tenebantur, & de Iudæis quidem inquit. *At ubi venit fides, iam non sumus sub pedagogo.* Postea verò quam ex fide iustitiam adepti sumus, desijimus nos Iudæi esse sub lege; sub cuius metu, tanquam in custodia, & pedagogi cuiusdam disciplina continebamur vsque dum fides prædicaretur, & Christus agnosceretur. *Omnes enim filij Dei estis per fidem in Christo Iesu.* Non solum nos Iudæos; sed etiam vos, quibus nunquam legis iugum impositum fuit, per fidem cum Christo Iesu copulatos mira sibi charitate Deus filios adoptavit. Cuius quidem adoptionis novam describit atque admirabilem rationem. *quicumque enim baptizati estis, Christum induistis.* Sanctissimo fidei sacramento, magna estis cum Christo similitudine coniuncti; vt quemadmodum ille natura, ita vos adoptione sitis filij Dei, quos nullius legis metu, sed vnus quem accepistis Christi spiritus motione more liberorum, diuinis tanquam paternis mandatis obtemperare deceat: In quo itatu magnam illud habet admirationem, quod nullam relinquit inter vos disunctionem, nullam varietatem quæ disfidium parere possit. Non naturæ. *non est Iudæus, neque Græcus.* non conditionis *non est seruus, neque liber.* non sexus. *non est masculus neque femina.* Quæ quidem omnes dissimilitudines in lege erant, & lege et ipsa fouebantur, quæ Iudæis mandabat, vt Græcorum perhorrescerent consuetudinem; alia liberis, alia seruis, alia maribus, alia mulieribus imperabat. quæ omnia sublata, atque sepulta sunt. *omnes enim vos vnus estis in Christo Iesu.* Nam ex coniunctione, & similitudine, quæ vobis est cum Christo Iesu, ex cuius vna fide, & spiritu, qui bonorum operum magister est, ad salutem, & æternam felicitatem omnes tenditis, vnus singularis homo omnes

*Iudæorū  
in fide  
status.*

*Gentium  
omniū in  
fide sta-  
tus.*

*Adoptio.*

omnes estis, in quo nullum illæ, quæ in lege erant dissimilitudines, ac varietates, locum habere possunt.

## SI AVTEM.

ILLVD nunc euertit fundamentum, quo (vt supra diximus) Galatarum fidem falsi labefactabāt Apostoli, cum dicebant, ad semen Abrahæ nihil omnino eos pertinere, qui non circumciderentur, neque ijs vllan esse facultatem, promissam hæreditatem a deundi. *Si autem vos Christi.* Si Christum induiti estis, tanta cum illo similitudine coniuncti. ergo *semen Abrahæ estis.* propter Christum, cui promissa intelligi debent, quæ Abrahæ recepit Deus, vt ab eo ad suos omnes fide scilicet & charitate cum illo copulatos, permanerent redundarentque. & *secundum promissionem hæredes.* Ad quos tanquam veros Abrahæ filios hæreditas pertineat, quam Abrahæ promisit Deus, vera scilicet, ac sempiterna vita. Atque eadem est huius conclusionis vis, atque illius, quam superius collegit: Qui ex fide sunt, ij sunt filij Abrahæ.

*Abraha  
promissio  
nè ad gē  
tes persi-  
neret.  
Gentes se-  
men A-  
brahæ.*

## DICO.

CVM omnis tam Iudæorum, quàm aliarum omnium gentium salutis opes non in lege ponenda esset; sed in liberatione à lege, non in ijs, quæ humanis ingenijs, cum primùm in vitam ingredimur, natura inferuntur, virtutum seminibus, sed in diuinis muneribus; quibus donantur qui per fidem adoptantur à Deo, non in eo, quòd ad Iudæorum; vel alterius cuiusque nationis progeniem pertineant; sed quòd per fidem semen illud Abrahæ sint, cui iustitiæ, & salutis æternæ hæreditas promissa est noua quadam similitudine, non contentus ijs omnibus quibus hætenus vsus est, declarat Apostolus, quomodo tam Iudæorum quàm aliarum omnium gentium homines magnis istis, ac diuinis bonis ad tempus caruerint; ad quæ opportunè per Iesum Christum Ser-

C. IIII.

Lex.

*Virtutiū  
semina.*

*Proge-  
nies.*

*Salutis  
spes vbi*

*ponēda.*

*Bonoriū  
diuinorū*

*carētia.*

natorum

ratorem omnium perducti fuerint. *Dico autem.* Nova translatione planè, ac dilucidè narro, quæ hæcenus vobis proposui. *quanto tempore hæres paruulus est, nihil differt à seruo cum sit dominus omnium.* Quotidianus vitæ usus, lege naturæ, & communi gentium iure, confirmatus, atque sancitus, hoc habet, vt qui institutus est hæres, do nec per ætatem non licet hæreditatem adire, quamuis rerum omnium dominus sit, quia hæres, non tamen distinguitur à seruo, quia puer. *Sed sub tutoribus, & auctoribus est.* In quo sibi cum seruo expressa est, & solida similitudo, quæ cum perpetua non sit futura adiungit, vsque ad præfinitum tempus à patre. Quod cum præterierit, à tutoribus, & rei familiaris curatoribus liberato, paterna bona iure hæreditatis tenere licebit.

*Hæres seruus.*

#### ITA ET NOS.

**AD IVDÆORVM,** & aliarum omnium gentium diuersos status accommodat similitudinem, ad eò congruenter, vt apta omnia, & inter se còuenientia conspiciantur. *Ita & nos,* tam Iudæi, quàm gentes de quibus iam diximus, quòd sumus hæredes instituit hæreditatis, quam Abraham promissit Deus. *Cum essemus paruuli.* Pueritia nostra fuit, cum ad eò essemus infirmi, vt Deum tanquam Patrem ne agnosceremus quidè. Tempus scilicet illud in quo cum fides vulgata nondum fuisset, Iudæi sub lege, tanquam in priuata custodia, vel sub pedagogo asseruabantur. *Sub elementis mundi eramus seruiantes.* Elementa mundi sub quorum tutela, & procuratione tanquam timidi, ac diffidentes serui vitam ducebamus, leges erant naturalis & Moyfi: hæc quidem quòd ad Iudæos attinet, illa, quòd ad reliquas nationes. Nam ab ijs tum legibus, tanquam in initijs quibusdam, & regulis omnes omnium hominum actiones gubernabantur. ab his etiam tanquam salutis elementis in Christi reseruatoris cognitionè adducendi homines erant, non secus, atque pueri ex primorum

*Iudæorū et gentiū pueritia.*

*Elementa mundi quæ.*

morum elementorum noticia ad res præclaras intelligendas assurgunt. Quomodo autem ab hac seruili fermè conditione liberati, & filij, & hæredes fuerint effecti, explanare iam incipit. *At ubi venit plenitudo temporis.* Opportunum scilicet, atque idoneum, & maturum tempus à Deo patre præscriptum, vt tutela esset, ac seruitutis terminus. *Misit Deus filium suum.* Tantarum rerum legatum, & auctorem esse voluit eum, quem ab æternitate genuerat naturalem, & sibi charissimum filium. *factum ex muliere.* Hæc quidem misio fuit, vt qui Deus erat, diuina virtute, ac potestate ex incorrupta Virgine fieret etiam homo. De quo etiam ad Romanos scriptum: *Qui factus est ex semine Dauid secundum carnem. factum sub lege.* Hoc primum fuit, quod in nos Iudæos contulit beneficium, quòd legis Moyfi, in cuius seruitio, tanquam in ergastulo eramus seruitutem & ipse patri voluit: *vt eos qui sub lege erant, redimeret.* Tantùm abest, vt alienigenas sub legis iugum mitteret, vt ab illis potius, qui legis seruituti erant addicti, immensa hac sua benignitate graue illud iugum repelleret. De quo dixit supra: *Christus nos redemit de maledicto legis; factus pro nobis maledictus. vt adoptionem filiorum reciperemus.* Alterum hoc fuit omnibus còmune beneficium, vt tam nos Iudæi, ab altero mundi elemento, lege scilicet Moyfi, cuius execrationes euadere non poteramus, libertati: quæ vos, qui sub altero, hoc est, lege naturæ in summis erroribus, & DEI ignorantia versabamini, à cæcis vestris tenebris erepti adoptione filij Dei efficeremur, ratione quæ supra exposui, per fidem videlicet in Christo Iesu.

*Tæporis plenitudo.*

*Filij misio quæ. Rom. 1.*

*Libertas à lege.*

*Cap. 3.*

*Adoptio.*

*Cap. 3.*

#### QUONIAM AUTEM.

**TERTIVM** hoc est beneficium. Non solum enim à seruitute erepti, & adoptione filij sumus instituti; sed & ita fidenter nos secum Deus agere voluit; atque consueuere filij cum parentibus. *Quoniam autem estis filij, nõ amplius serui: misit Deus spiritum filij sui in corda nostra.* Nõ modo

*Fiducia.*

modò filium suum misit, factum ex muliere, qui appare-  
re, & oculis cerni posset: verum in nostris etiam men-  
tibus eiusdem filij sui spiritum habitatorem collocavit.  
*clamantem Abba pater.* Ex missione filij libertatem nacti  
sumus, & adoptionem; ex missione verò spiritus liberis  
dignam fidetiam; qua in intimis cordium nostrorum  
penetralibus nos Iudæi nostro vocabulo Deum inclama-  
mus, *Abba; vos vestro, Pater.* Quo instinctu, qua voce e-  
xultamur vt filios nos esse agnoscamus Dei; ex cuius  
vniuersæ voluntate, & cura, nostra omnis pendeat salus quã  
do eodem spiritu, quo I E S V S C H R I S T V S Deum  
Patrem appellat suum; nos quoque nosmetipsos Dei esse  
filios confitemur, in cuius auxilio, & gubernatione, no-  
stra omnis posita esse spes debeat; ac propterea dixit,  
Spiritus filij sui. Hunc verò eundem locum in ea, quæ  
ad Romanos est Epistola, sic explicauit: Acceperitis spiri-  
tum adoptionis, in quo clamamus Abba pater. Quartum  
quod ex propositis consequens est, beneficium colligit,  
quod ad certam spem adipsicendæ hæreditatis Abrahæ  
promissæ pertinet. Itaque iam non es seruus tu ò Gala-  
ta. Nam & nobis Iudæis, qui legis seruitute tenebamur  
obstricti per Iesum Christum, qui per se ipse; ac sua spon-  
te eadem se seruitute obligauit, libertas concessa est.  
*Sed filius,* adoptione, cuius testem habemus Christi spi-  
ritum in cordibus nostris exclamantem Abba pater.  
*Quod si filius, & hæres Dei per Christum.* Si filium te esse  
sentis, nihil est, quòd ambigas de diuina hæreditate, per  
Christi fidem ad eunda, qui primus est hæres ad quem  
diuinæ promissiones sunt referendæ. Quod etiam argu-  
mentum in Epistola ad Romanos tanquam certissimum  
sic conclusit: Ipse spiritus contestatur spiritui nostro,  
quòd sumus filij Dei. Si autem filij, & hæredes: hæredes  
quidem Dei, cõhæredes autem Christi.

S E D T V N C .

A B H O C statulibertatis, in quo filios illos, & hære-  
des esse

des esse monstrauit, ne in priorem seruitutem relaberentur, monere incipit, ac primum in quantatum obscuritate, & ignorantia, quàm turpi etiam; atque indigna seruitute versarentur, in memoriam, redigit. *Sed iunc quidem ignorantes Deum.* Hæc erat vestra ignorantia, quòd similiter atq; pueri Deum, tanquam verum Patrem non cognoscebatis. Nam de alia quadam Dei notitia accipiendum est, quòd ad Romanos de iis, qui natura duce vituebant scripsit, Quia cum cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt; sed euauerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipientior eorum. *His qui natura non sunt Dii, seruiebatis.* Hæc turpissima seruitus, quòd rebus à Deo procuratis, tanquam ipsi rerum omnium creatori, atq; effectori, Diuinum honorem, & cultum tribuebatis. Quam indignitatem in Epistola ad Romanos asperius, ac vehementius accusauit, Mutauerunt (inquiens) gloriam Dei immortalis in similitudinem imaginis hominis, & volucrum; & quadrupedum, & reptilium. *Nunc autem cum cognoueritis Deum.* Hoc tempore, quod nostræ liberationis, & adoptionis oportuna Deus iudicauit, cum paternum Dei erga vos amorem perspectum habeatis, & cognitum. *Magis autem cogniti sitis à Deo.* Nam quemadmodum Iohannes de amore dixit, In hoc est charitas, non quòd nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos: Ita, & de cognitione, quæ hoc loco tractatur, cogitandum. Nisi enim nos Deus cognouisset: ad fidem scilicet vocasset, filij sui spiritum impertisset, denique adoptasset; nunquam nos eum tanquam patrem agnouissemus. *Quomodo conuertimini iterum ad infirma, & egena elementa?* Ad Legem suæ Naturæ, suæ Moysi iustitiæ in illis, aut salutis spem ponentes, quarum vtraq; vtpotè imbecilla, & manca Christo indigebat, & de legis quidem Moysi debilitate, & indigentia sic ad Romanos scripsit, quòd impossibile erat legis, quia imbecillis erat per carnem, Deus potestæquam misit filium suum in similitudine carnis pec-

*Antiqua ignorantia & seruus. Ignorantia.*

Rom. I.

Seruitus

Rom. I.

Dei cognitio.

1 Ioan. 4

*Elementa infirma, et egena.*



Ad pueritiam, & scientiam radium.

Pauli de Galatis simor.

cati, & pro peccato damnauit peccatum in carne ut iustificatio legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus; sed secundum spiritum. *quibus rursus ab initio seruire uultis?* ad pueritiam, & seruitutem nulla necessitate attricti, sed uestra sponte redeunt. Atque huius editionis initia ab illis iam posita ostendit. *Dies obseruatis, & menses, & tempora, & annos.* Audierat Apostolus coli apud Galatas, & obseruari Moysi leges de sabbatis, Neomenijs, atq; alijs temporum, & annorum solemnibus, festisque diebus. Ex quo quantopere de illorum salute formidaret, paucis uerbis innuit potius quam aperte explicet. *Timeo uos.* Et tanquam quid de illis timeret explicat, & distincte dicere non auderet, cum multum haberet acerbitatis, & tristitia, quasi mitigata sermone adiunxit. *ne ferrè sine causa laborauerim in uobis.* Ne irriti futuri sint labores mei frustra que suscepti, ut ab idolorum uos cultura, ad unius ueri Dei cognitionem, contemplationemque per Euangelium, & fidem Iesu Christi traderet. Timebat uero Apostolus, qui omnia circumspeciebat, & accurate considerabat, ne à lege Moysi, qua implicari iam ceperant, ad idolorum cultum deuotè laborarent. Nam que amodum Iudæi dum permitterentur Deum uerum corporeis quarundam bestiarum sacrificijs colere, ut leniter ac molliter de Aegyptiorum superstitionibus, quibus erant illorum mentes imbutæ, liberati, ad eiusdem unius Dei cultum in spiritu, & ueritate per Iesum Christum transferrentur, ad idolorum sæpè ueneratione deflectere (qua de re multæ leguntur apud diuinos uates obiurgatoriarum cõcionum) ita pertimescendū erat; ne Galatæ à purissimo atq; castissimo Dei cultu per fidem in Iesum Christum ad Iudaicos, & legitimos ritus obducti, ad idolorum rursus cultum relaberentur.

E S T O T E.

SED à comminatione, & tanti periculi denunciatio ne adhortationem se statim cõfert, & fraternas preces, in qui-

in quibus cum longè magis facta, & res, quam uerba pro sint, pulcherrimum & hortatoribus omnibus, atque magistris aptissimum, à facto & resumit exordium. *esiste sic ego.* Meis monitis, atque cõsilijs obtèperate; meo horatu, atque institutis animos uestris conformate. *quia ego sicut uos.* Non secus atque uobis præcipio ego ipse agam. Dux ero uobis, & magister, non dicendo solum, sed multò etiam magis faciendo. *fratres obsecro uos.* Ad pollicitationem fraternam adiungit obsecrationem, quoniam (ut supra quoque diximus) à falsis Apostolis insinilabatur, quòd in hac quæstione aliter ipse ageret, atque doceret. Propterea fraternè obsecrat, ut non ad malitiosam illorum accusationem, sed ad sua cum dicta, tum facta animum intendant.

NIHIL ME.

RATIONES nunc colligit, quibus ostendat nihil subesse causæ cur non magna Galatas beneuolentia prosequatur; quin etiam multis illorum meritis, atque beneficijs obstrictū se esse, & obligatum, id, quod magnam habet ad persuadendum efficacitatem, aditumque & uiam aperit ad non molestas reprehensiones. *Nihil me lesistis.* Nullam à uobis iniuriam, nullam passus sum contumeliã: ut aliqua possit esse suspitio imminutæ meæ erga uos beneuolentiæ. *Sciitis autem quòd per infirmitatem carnis euangelizauit uobis prius.* Vobis omnibus patet, notumque est, me cum Euangelium uobis antea prædicarem, nudū fuisse, & inopem ab humanis omnibus præfidijs, atque adiumentis, quibus uestris mihi animos conciliare, & Euangelio fidem comparare possem ab eloquentia nempè, & mundi sapientia, rebusque cæteris generis eiusdè. Quade re ad Corinthios sic scripsit apertius: Ego in infirmitate, & timore, & tremore multo fui apud uos; & sermo meus & prædicatio mea non in persuasibilibus humanæ sapientiæ uerbis; sed in osterfione spiritus, & uirtutis; ut

Hortatio

Carnis infirmitas.

1. Cor. 2.

D fides

fides vestra non sit in sapientia hominum, sed in virtute Dei; & tentationem vestram in carne mea. Nostis etiã *Tentatio Galata- rü in car- ne Pauli* qua nro tempore a meipso, hoc est, ab imbecillitate carnis meæ inopia, & icuinitate omnis humanæ sapientiæ, & eloquentiæ tentati, ac lacesciti fueritis, ne mihi crederetis, immò verò ne me audiretis. *Non spreuistis neque respuistis.* Illud magni beneficii loco numero, quòd mea imbecillitate, fragilitate, tenuitate nihil permoti fueritis, vt vel me aspernaremini vel meam Euangelij prædicationem repudiaretis; sed sicut *Angelum Dei excepistis me, aut Christum Iesum.* Personam adeò leuem, cuius erat auctoritas tenuissimã, humanis omnibus prædijis destitutam tam piè, sanctèque suscepistis, quàm si Angelus Dei, aut Christus ipse Iesus ad vos venisset.

Q V A E. ERGO.

*Galata- rum mu- ratio ar- guitur.* **C** O M M E M O R A T I S Galatarum aduersus se officijs, subitam illorum atque inconstantem mutationem, tanquam ab omni ratione alienam reprehendit. *Quæ ergo erat beatitudo vestra? Quid illud erat, quam obrem cum Euangelium a me audiretis, beatos opinabamini? Cuius vestra opinionis testimonium a me vobis vbique datur. Testimonium enim perhibeo vobis, quod si fieri potuisset, id est, si licuisset: Oculos uestros emisseris & dedissem mihi.* Cuius erga me tam vehementis amoris nulla poterat esse causa, nisi quia felicitatem uos esse adeptos existimabatis ex vera, & salutari quam ego uobis prædicabam Euangelij doctrina. *Ergo inimicus uobis dicebam, factus sum, uerum dicens uobis? Vsq; ad cõone mutati estis, vt me, quem tanquam veritatis nuncium tam honorificè tractauistis, & non secus, ac si Dei Angelus aut ipse Iesus Christus fuissetem, velut infensum atque inimicum habeatis? quando ab Euangelij veritate, quam a me acceperatis, auferri uos sinistis; non aliter atque si falsã, & mendacia uos ego docuissem.*

A E M V L A N T V R.

**Q** V I A verò hæc tota varietas, & sententiæ commutatio a minus fideli aliorum consilio proficiscebatur, de quibus inter initia huius Epistolæ dixerat. Sunt quidam, qui vos perturbant. Illud præterea, Quis vos fascinoit? non obedire veritati; De illis quid nunc sentiret, ostendit. *Aemulantur uos.* Magnam uestri isti consiliarii amorè erga uos præ se ferunt, magnù vestræ salutis studiù, cù quadam etiã aliorum æmulatione, & obreccatione. *non bene. nõ bono id quidem animo, nec salutari consilio; sed ficto potius, ac simulato. sed excludere uos uolunt.* hoc illud est, qd cogitant, huc rem deducere parant, ut a vera uos Euangelij ratione amoueat. *vt illos æmulemini.* Ardenti erga illos amore inflammati, relicta Euangelij puritate; idem cù illis institutù teneatis in omnibus. *bonum autem æmulari.* Cõsiliu nunc interponit suum, breue, sed prudentiæ spiritus, ac fidelitatis plenum. Nõ prohibeo, sed approbo æmulationem; ardens uidelicet studium, & propensam in rem aliquã animi uoluntatem. *in bono semper.* Animaquerendum verò, ut illud, quod æmulamini bonum sit; In cuius studio, & cupiditate stabiles, & firmi se perpermaneat, neq; inde excludi, aut repelli vlla ratione sinatis. *& non tantum cum presens sum apud uos.* Ac si dicat: Talis erat uestra æmulatio, quo ad bonum, pertinet, cùm una ego uobiscum essem, uerum in ea, ut oportebat, me absente non perstitistis.

*Aemula- tio bona*

F I L I O L I .

**D** E S C R I P T A aliorum dolosa æmulatione, ac præscripta rectè, & sanctè æmulandi forma, suam nunc erga Galatas singularem beneuolentiã, ardensq; studiù procurandæ illorum salutis miro exprimit affectu. *Filioli mei, quos iterũ pariuirio.* Putauerã ego Euangelij prædicatione iam Xpo uos me peperisse: sed uestra salutis cau-  
*tia.*

**Parturi  
re.**

fa summos iterum sustineo labores, atque animi crucia-  
tus, non aliter, atque grauida mulier, quæ laborat, vt pa-  
riat. Ac nescio quantum diuturna futura sit hæc mea mœ-  
stitia: durabit enim, *donec formetur Christus in vobis.* Hæc  
est, vsque eo, dum fidei in Christum perfecta vobis do-  
netur cognitio: tum enim intelligetis, tantam esse illius  
vim, vt nullius ad iustitiam, aut salutem egeat legis Moy-  
si adminiculis. Singularem amorem, summum dolorem,  
sanctissimam æmulationem his verbis expressit. In quã  
eandem sententiam, tamen si non eadem vsus translatio-  
ne, ad Corinthios scripsit: *A emulor vos Dei æmulatione.*  
Respondi enim vos vni viro, Virginem castam exhibe-  
re C H R I S T O. Et quia cum hæc scriberet, non sibi  
videbantur ista tantum virum, atque impressionis habi-  
tura, quàm si viua voce pronunciarentur, inquit. *Vellem  
autem esse apud vos modò, vt præsens vobiscum de his com-  
modus agerem. & mutare vocem meam: ipsa etiam vocis  
mutatione, quo animo sim, vobis exprimere. Quoniam  
hæsitò in vobis.* Ne de pura scilicet ac sincera Euangelij  
veritate deducamini, & sensum in pristinum vestrum sta-  
tum recidatis, mea hæsitatio notior vobis ex sermone  
quam ex epistola esse posset.

**Pauli de  
Galatis  
simor.  
S. 41.**

**DICITE.**

**Legi sub  
iactus  
seruus.**

EX ABSTRUSO, atque recondito eius scripture  
sensu, quam legis cultores frequentissimè audiebant, ac  
maximopere venerabantur, ostendit perinde esse legi  
subiectum, atque seruum esse. Proinde similiter facere  
Galatas, qui cum per fidem in Christum Iesum filij Dei  
essent, legi se subicerent, vt si liber aliquis, atque inge-  
nuus homo alteri se in seruitutem traderet. *Dicite mihi  
qui sub lege vultis esse.* Qui nulla coacti necessitate, sed vo-  
luntarii legis imperio vos addicitis. *Legem non audistis?*  
Illa scilicet sacra litterarum monumenta: quæ nefas est  
ignorare eos, qui legi se dedunt. *Scriptum est enim. id  
quod*

**Lex.**

**Abraha  
fily duo.**

quod mox exponam, cuius interiorem sensum pene-  
trare, & cognitum habere necesse est. *quod Abraham  
duos filios habuit.* Pater erat vnus, filii duo; inter quos  
quale fuerit discrimen, animaduertendum. *vnum de ancil-  
la, & vnum de libera.* Penes matres igitur atque earum  
conditiones, ex quibus hos liberos suscepit Abraham,  
prima extitit varietas, quarum altera ancilla, altera li-  
bera fuit. Neque verò ea solum spectanda est varietas,  
verùm & alia quam adiungit. *Sed qui de ancilla secundum  
carnem natus est.* Hismael fuit hic, quem ex Agar ancilla  
Aegyptia suscepit Abraham, in cuius neque conceptione,  
neque ortu aliquid supra humanæ naturæ vires contig-  
isse legitur. Ideo quæ dicitur, secundum carnem natus.  
*Qui autem de libera repromissionem.* Hic fuit Isaac, quem ex  
Sara vxore procreauit Abraham, non naturæ viribus.  
Siquidem, (vt ad Romanos scripsit) centesimum ferè ille  
ætatis annum agebat. Sacra verò erat planè sterilis, & ad  
concupiendam prolem inepta: Sed diuina promissionis  
gratia quæ legitur Genesis primum, cap. xvii. confirma-  
tur cap. xviii. & eodem quidem tempore completur,  
quo Deus ipse prædixerat; quemadmodum legimus cap.  
xxii. *quæ sunt per allegoriam dicta.* Hæc verò omnia præ-  
ter historiam, quæ ad communem est, & vulgarem intel-  
ligentiam accommodata, abditum quandam, ac recon-  
ditum habent sensum à carnis prudentia remotiorem.

**Hismael  
secundum  
carnem  
natus.**

**Gen. 16.  
Isaac per  
repromis-  
sionem na-  
tus.**

**Rom. 4.**

**Allego-  
ria.**

**HÆC ENIM.**

H V N C itaque sensum, quem sola docere potuit Spi-  
ritus prudentia, in lucem nunc profert, & more quidem  
suo quàm breuissimè, vt multa, quæ in nostram intelli-  
gentiam cadere possunt, relinquat. *hæc enim sunt duo tes-  
tamenta.* Agar & Sara, ancilla, & libera, duo vnus Dei.  
tanquam vnus patris Abrahæ testamenta: dispositiones  
scilicet, & ordines æternæ hæreditatis designant. *vnum  
quidem à monte Sina in seruitutis generans, quod est Agar,*

**Testamē-  
ta duo.**

**Lex ser-** Primum testamentum cuius quidem Agar significatio-  
**moſ gene-** nem habuit, lex fuit ex monte Sina promulgata: quæ ser-  
**rat.** uos generat. Nam (vt ad Romanos scriptum) spiritum  
**Exod. 19** confert seruitutis in timorem. *Agar enim, Sina mons est in*  
**Rom. 8.** *Arabia.* Vnde verò Agar primum significet testamen-  
 tum, idem ostendit, quod signum est montis Sina, qui est  
 in Arabia, vbi testamentum illud scriptum, ac publicè reci-  
 tatum fuit: Signum inquam, vel quod Arabes montem Sina  
 Agar appellant: vel potius quod similiter atque Sina v-  
 bi lata est lex, seruos progeniuit: & Agar cū ancilla ef-  
 fet, omnino liberum generare non potuit. *coniunctus autē*  
**cognatus** *est ei, quæ nunc est Ierusalem.* Mons Sina, tamen in Arabia  
 sit, Ierusalem verò hæc terrestris, in Iudæa: mutua tamen  
 quâdam inter se cognitionem siue similitudinē habent.  
 Nam velut in monte Sina serui, ratione mox explicata,  
 procreati sunt: ita & in Ierusalem, quæ nunc est, sed per-  
 petua non est futura, quotquot gignuntur sub iugo legis,  
 eandem seruiunt seruitutem, ac propterea inquit: *seruit-*  
*autem cum filiis suis.* Apostolo igitur, hoc est, spiritu san-  
 cto quo ille duce omnia ediscerebat, interprete Agar an-  
 cilla designauit primum Dei testamentum, siue legem  
 montem Sina, ac terrestrem Ierusalem. Quæ omnia cer-  
 tissima sunt seruitutis indicia. Quid verò altera mulier,  
 Sara videlicet, Abrahamæ vxor, indicaret; paucis exponit.  
 Quæ autem *fursum Ierusalem libera est.* Sara verò non an-  
 cilla; sed libera, ex qua diuinæ promissionis beneficio  
 Isaac filium suscepit. Abraham, specimen habuit cælestis  
 Ierusalem, vnde alterum emanauit testamentum, quod  
 non seruos gignit; sed liberos. Communicat enim non  
 spiritum seruitutis, sed adoptionis, in quo (vt est in epi-  
 stolo. ad Rom.) clamamus Abba pater, *quæ est mater om-*  
**Rom. 8.** *nium nostrum.* Qui scilicet filij Dei sumus per fidem in  
 Ierusalem *scâbelium* Christum Iesum. Nam ibi pater est, qui nos adoptauit:  
 inde missus est filius, per cuius fidem adoptionem acce-  
 pimus: & spiritus sanctus, qui contestatur spiritui nostro,  
**Rom. 8.** quod sumus filij Dei. De cuius nostræ matris secundari-

râte Esaiæ vaticinium interijcit, in quo Deus prolem *Esai. 54*  
 illi prolixè promittit, ac recipit. *scriptum est erin: Leta-*  
*re sterilis.* Ierusalem videlicet cælestis quam Sara ster-  
 rilis adumbravit. *quæ non parit: quæ nihil tam diu fert,*  
 nullos suscipit liberos. *erumpe, & clama quæ non parturit.* *secundi-*  
 Quamnis neque grauidam te esse sentias, neque partu-  
 tus appropinquare videatur, vociferatione tamen, &  
 clamore mulierem affumata parturientem, hac quæ se-  
 quitur diuina promissione freta: *quia multi filij deserua-*  
*magis, quam eius quæ habet virum.* Hæc est diuina pro- *Facundi-*  
 missio, Ierusalem cælestem, quæ tamen deserta putaba- *tatis pro-*  
 tur, eo, quod nullum adhuc genuisset filium, multò plures *missio.*  
 habituram quam terrenam, quæ a lege, tanquam *Gen. 12.*  
 viro custodiebatur, atque obseruabatur. Hæc eadem *Rom. 46*  
 videtur esse promissio, atque illa, qua Abraham de sobo-  
 le propaganda sollicitum consolatus est Deus: cum cœ-  
 lum suspicere, ac stellas dinumerare, si potuisset, iussit;  
 ac statim recepit: sic erit semen tuum. Quomodo verò  
 in Iesum Christum credentes superioris Ierusalem filij  
 sint, iam exponit. *Nos autem fratres, secundum Isaac promis-* *Filii pro-*  
*issionis filij sumus.* Non secundum carnem, siue naturam, sed *missionis*  
 diuinæ promissionis beneficio, Dei nos, & cælestis Ieru- *Rom. 9*  
 salem filij sumus, quemadmodum & Isaac non naturæ vi;  
 sed diuinæ promissionis gratia genitus est. Promisit en-  
 nim Deus Abrahamæ filium Isaac, & cum eo Iesum Chris-  
 tum, a quo tanquam ex vberissimo fonte in omnes natio-  
 nes Diuinæ benignitatis deductio facienda erit. Omnes  
 denique promissit Abrahamæ fidei in eundem Iesum Chris-  
 tum æmulos, atque imitatores. De qua promissione al-  
 lio loco dixit, Neque qui semen sunt Abrahamæ, omnes fi- *Rom. 9*  
 lij carnis, hi filij Dei; sed qui filij promissionis reputan-  
 tur in semen. Sed priusquam conclusionem & explicamus  
 ad quam festinat Apostolus, Diuinam hanc Allegoriam, quod *Allego-*  
 explicatior sit, atque dilucidior, summam exponamus. *ria sum-*  
 Dei patris effigies Abraham fuit, Duæ mulieres dua- *ma.*

rum ciuitatum imagines; Ierusalem terrenæ, ad quam ex monte Sina delata est Lex: Ierusalē cœlestis, vnde adoptionis gratia demissa est. Duo filij, duorum populorum simulacra: seruatorum, qui apud terrestrem Ierusalē sub iugo legis seruebant: liberorum, qui per gratiam fidei omnia bona à cœlesti Ierusalem, tanquam filij à parente, ac vera educatrice expectant. Duos hominum ita tus expriment. Duæ gignendi rationes. Altera secundū carnem, qua serui sub lege, qui nihil erant supra hominem, præcreabantur; altera ex promissione, qua liberi sub gratia diuini spiritus pollicitatione accepta efficiuntur. Nam qui Spiritu Dei aguntur, hi sunt filij Dei.

Rom. 8.

## SED QUOMODO.

ID CONCLVDIT, cuius gratia sacræ huius historię Allegoriam tractauit: colligitque Ancillæ filios; non modò seruos esse; sed & vexare filios liberæ, & tandem ex hæreditate promissa Abrahæ expellendos esse, atque deturbandos. Sed quomodo tunc is, qui secundum carnem natus erat, persequebatur eum, qui secundum spiritum: *Gen. 21. Filiorū Abrahæ dissensio.* ut in hac Allegoria pariter omnia, æqualiterq; respondeant, inquit; quòd perinde, vt Hismael secundum carnem ortus, in ludis etiam puerilibus insultabat insolentius in Isaac, cuius ortus in Dei spiritum diuinis promissiones perficientem referendus est: ita, hoc quoque tempore, qui sub legis imperio seruiunt, illos insectantur, atque exagitant, qui Spiritu Dei aguntur. Sed quid dicit scriptura? In hac autem rerum asperitate, & vexatione ex eadem scriptura cōsolationem petamus: quæ id quod futurum erat, sic vaticinatur. *Eyce ancillam. & filium eius: non enim erit hæres filius ancillæ cum filio liberæ.* Quod futurum erat prædicatum, ac longè prius denunciatur: ad hæreditatem Abrahæ à Deo promissam; iustitiam scilicet, ac salutem, ancillæ filios, hoc est, legis seruituti mancipatos, non præuenturos esse; sed filios liberæ, spi-

Hæredes qui.

ritus

ritus sancti videlicet gratia adoptatos. Itaq; fratres non sumus ancillæ filij, sed libera. Hæc torius est allegoriæ conclusio: ad quam nobis tanquam ad firmissimam columnam, adhærescendum Christianos homines non esse legi subditos; sed à legis seruitute spiritus sancti gratia solutos, ac liberos, Diuinis mandatis obtemperantes, non metu; sed charitate, & amore, non coactione aliqua; sed sua sponte, ac voluntate, non vt seruos; sed vt liberos: Nam vbi spiritus Domini, ibi libertas.

Christiani à legis seruitute liberi.

2. Cor. 3.

## IN LIBERTATE.

QUOD proposuit; confecit. Nam diuino declarauit oracula, quòd legis amatores, atque emuli, & magni faciebant, & probabant Christianorū hominum statum libertatis esse, non seruitutis: qualis illorū planè erat, qui seuerissimo legis imperio opprimebantur. Nunc hortatur, ac suadet, tanquā liberiore nactus campum, in quo posset excurrere, ne post adeptam libertatē, seruitutem denuò sibi imponi vlla ratione patiantur. In libertate igitur, qua Christus nos liberauit, state. Si non ancillæ filij; sed liberæ estis, libertatem retinete, & in ea stabiles, & firmi estote, cuius autorem, & effectorem Christum habemus. & ne iterum iugo seruitutis alligemini. Alterius elementi, hoc est, legis naturæ famulatu soluti, ac liberi, altero, lege scilicet Moysei ne vos obstringite. Et cū Galatæ à falsis Apostolis in eam sententiam impellerentur; in quam etiam inclinare, & propendere iam cœperant, vt existimarent de fide in Christū Iesum nihil derogari per legis Moysei cultum, atque obseruantiā, falsam hæc opinione, pestiferumque errorem, magna sui nominis auctoritate, sententiarumque grauitate, ac verè orū ponderibus depellit Apostolus. Ecce ego Paulus dico vobis. Qui (vt initio Epistolę ostendi) Euangelium ab homine non accepi, neque didici; sed per reuelationem Iesu Christi, pro certo vobis confirmo id, quod & ego profiteor; &

CAP. V.

Libertas Christiana retinenda.

Legis moysi cultus de fide: i Christū Iesum derogat.

tam

tam exploratum habeo, vt tanquam à me profectum nominatum proferri, ac diuulgari uelim. *quod si circumcidamini, Christus uobis nihil proderit.* Tantum abest, ut per legem simul, & Christi Iesu fidem, iustitiam consequi possitis, vt si circumcisionis sacramento legem suscipiatis, ac profiteamini, nihil uobis adminiculi à Christo sit expectandum. *testifcor autem omni homini, qui circumciditur.* Non modò uobis; sed cuiuscunque, cuiuscunque nationis homini, Iudæo etiam si circumcidatur summa religione, & fide, ac si testimonium iuratus dicerem, affirmo. *quod debitor est uniuersæ legis faciendæ.* Nam cum ex circumcissione legem sibi proponat per quam ad iustitiam perueniat, eaque nisi integra inuiolataque seruetur, iustitiam non conferat; uniuersæ seruandæ legis debitorem se obligatumque constituit. Quicumque igitur ita circumciditur, vt in lege spem iustitiæ adipiscendæ reponat, huic nihil à Christo est expectandum; sed omnia à lege integrè, incorruptè que seruata. *Enacuati estis à Christo, qui in lege iustificamini.* Hæc est illa conclusio, ad quam peruenire cupiebat, quæ ex propositis efficitur: cum non contenta, sed repugnantia dicere, quicunque iustitiam ex lege, & ex fide simul statuere conatur; *Qui iustitiam (inquit) in legis mandatis, & obedientia ponitis, siue qui circumcisionis sacramento legi plenè, ac perfectè obtemperantes vos fore pollicemini, abrahi, delecti, ac disclusi estis à Christo. Nihil scilicet uobis est cum Christo, uel, vt paulò antè dixit, nihil uobis proderit Christus. A gratia excidistis:* cuius illa est proprietas, vt non legis operibus tãquam debita retribuat; sed gratis donetur, quæ etiam seruandæ legis debitum condonat, atque remittit.

N O S E N I M .

*Iustitia ex lege et fide simul esse non potest.*

*C Y M* ergo Lex omnes, qui in ea iustitiam quærent, à Christo excludat, & neque iustitiam, neque salutem ferat. *certam, & directam ad beatam uitam, gloriamq; sempiternam.*

piternam demonstrare uiam oportet: eam uerò nunc ostendit Apostolus, qua ipse ingrediebatur vna cum omnibus, qui Iesu Christi præsidio, & fide nitentur. *Nos enim, qui ueram, & incorruptamque, in Iesum Christum fidem sectamur, Spiritu non lege Spiritus sancti suauiter nos tanquam filios mouentis ductu, non legis terrore, & minus commoti. Ex fide spem iustitiæ expectamus.* Præstola mur non illius quidem, quæ in lege; sed quæ in fide posita est, iustitiæ fructum: eternam scilicet salutem, quæ non leuis; sed fidei iustitiæ promissa est. Proinde dicitur, spes iustitiæ ex fide, quod frustra ab iis speretur, qui non unius fidei; sed legis iustitiam sequuntur. Hanc uerò uiam ludæis cum reliquis omnibus nationibus communem esse sic probat. *Nam in Christo Iesu.* Vt sumus in Christo Iesu, in quo nostra omnia, & quæ tenemus, & quæ speramus, bona reposita sunt. *Neque circumciso aliquid ualet, neque præputium.* Nihil interest, siue Iudæico more, & ritu circumcidamur, siue non. *Sed fides, quæ per dilectionem operatur:* ad iustitiam & salutem in Christo Iesu adipiscendâ, fides illa proficit, ac ualet cuiusuis, atque efficacia non est ex metu perinde, atque legis; sed ex amore, & charitate, quæ præcipuum illud munus est, quod spiritus sanctus fidelibus largitur. Huius ergo fidei recto, & tuto itinere non legis periculoso, & lubrico tramite, ad gloriâ sempiternam contendere oportet; tam Iudæos, quam aliarum omnium gentium homines.

*tam & gloriam sempiternam.*

*Iustitiæ ex fide spes.*

*Fides christiana.*

C Y R R E B A T I S .

*H A N C* eandem uiam, quam absens per Epistolam describit Apostolus, iam antea præsens suo sermone, tanquam digito, monstrauerat; quam etiam decurrere feliciter Galatæ cœperant. Propterea, inquit, currebatis bene. *Hac scilicet fidei ad salutem secundissimo cursu tendebatis, quis uos impedit non obedire ueritati uestro uos cursu, quis reuocauit, effecitque, ut à ueritatis obedientia, &c*

Galatæ ad  
reſto ad  
ſalutem  
ſua impe-  
ditii.

ria, & norma difcederetis? Duo verò circa cœpti iâ cur-  
ſus impedimentum, & à veritatis regula abſceſſione ſpe-  
ctanda proponit. Primum qualis nam ea fuerit uafio.

Fides in  
Chriſtum  
pura, &  
ſimplex.

Quantulumcunque illud fit à fide in Ieſum Chriſtū, alien-  
num; in quo iuſtitia, & ſalutis ſpem poſueris: periculum  
uniuerſæ fidei procreabit ne tota ſcilicet contaminetur,  
corrumpturque, quam puram, & ſimplicem eſſe oportet;  
nihilque habere admixtum diſpar ſui, atque diſimile.  
Ne verò omnem de illorum ſalute fiduciam abieciſſe ui-  
deatur, in bona ſpe adhuc ſe eſſe oſtendit. *ego cōfido devo-  
bis in Domino.* De illis ſperabat, & bono adhuc animo e-  
rat, ſed non illorum virtute, verum Dei potius & Domi-  
ni noſtri Ieſu Chriſti præſidio nixus, magnopere confi-  
debat. *quod nihil aliud ſentietis.* Hoc illud eſt, quod de Ga-  
latis ſperabat, quod puram, & ſynceram in Ieſum Chri-  
ſtum fidem eſſent conſeruaturi; & nihil ab ea alienū cre-  
dituri. *qui autem conturbat uos, portat illud iudicium; quicumque  
fuerit.* Sperabat quoque eum, qui illorum fidem pertur-  
babat, confudebatque, pro tanti ſceleris, ac maleficii  
magnitudine, diuino mulctandum, atque puniendum  
eſſe iudicio.

## E G O A V T E M.

Pauli o-  
bieſtcri-  
mina.  
1. cap. 2.

Qui apud Galatas omnia miſcebant, ac turbabant;  
magno præterea, & imprudenti mendacio urebantur,  
cum dicerent; à Paulo quoque prædicari circuncifio-  
nem. vt vel eius rei eminentio teſtimonio Galatas fal-  
lerent; vel inconfiantia, qua omnis leuatur auctori-  
tas, Paulum ipſum inſimularent. Quod quidem ſtudiſ-  
ſe illos, ac nixos eſſe, ſupra quoque memorauimus. Hoc er-  
go illorū mendaciū apertiffimo argumēto redarguit. *ego*

autem, fratres, ſi circuncifionem adhuc prædico. Quod mei vo-  
bis obtreſtatores perſuadere uolunt. *quid adhuc perfec-  
tionem patior?* cum nulla ſubſit cauſa, quare mihi inſenſus  
aduerſentur Iudæi: niſi quia perinde, ut nunc ſcribo, ita  
paſſim aduerſus illorum circuncifionem prædico: ergo e-  
uacuatū eſt ſcandalum crucis. Nihil igitur deinceps Iu-  
dæis accedet offenſionis ex crucis Chriſti prædicatio-  
ne. Ob id enim potiffimum offenduntur, quod ea prædi-  
catione fides in Chriſtum Ieſum, tanquam unica ad ſalu-  
tem uia, abrogata lege Moyſi, proponitur.

Scanda-  
lum crū-  
cis.

## V T I N A M.

Iudicium, quod paulò antè futurū ſperabat, pro  
Galatarum tranquillitate, & ſalute, nunc optat. *Vtinam  
& abſcintantur.* A uobis ſcilicet diuino iudicio ſeparētur,  
ac repellantur, tanquam fermentum à maſſa, impuri à pu-  
ris, ſerui à liberis. *Qui uos conturbant.* Qui ueſtram tran-  
quillitate diſturbant, atque à ueſtra propria ſede diſtra-  
hunt, diuellunt, exterminant. Cuius formam diligenter  
exponit, & explicat, vt ex ea, tanquam ex propria domo  
& poſſeſſione exturbari le, & expelli non ſinerent. Vos  
enim in libertatem uocati eſtis fratres. Hæc illa eſt ſe-  
des, ad quam per Ieſum Chriſtum eſtis acceſſiti, de qua  
dimoueri, ac depelli nefas uobis fit; vt ſcilicet liberè om-  
nia, nihil verò ſeruilitate, & tanquam coacti faciatis. Hæc  
verò libertatem duabus conditionibus aſtringit. De ſe-  
ntia inquit, *Tantum ne libertatem in occaſione carni.* Illa  
primum hoc loco cautio adhibenda eſt ne libertatis no-  
men carnis cupiditatibus, quibus aduerſus ſpiritum pu-  
gnat, ſuffragetur; ſeruatue ſubſidium, ac licentiam quan-  
dam, auctoritatemque peccandi de altera inquit, *ſed per  
charitatem ſeruitate uiuice.* Sic etiam libertas hæc cum  
mutua ſeruitute; hoc eſt, cum mutuis officiis coniuncta,  
ad quæ non legis multa; ſed charitatis, & amoris arbi-  
traria vincula, quibus perinde, atque fratres colligat eſſe  
debetis,

Vocatio  
in liber-  
tate per  
Ieſum Chri-  
ſtum.  
Libertatis  
Chri-  
ſtiane cō-  
ditiones.  
ſeruitus  
mutua  
ex chari-  
tate.

debetis, nos adducant. Sic igitur Christiana libertas non cum carnis cupiditate, sed fraternę charitatis uinculo coniuncta. ostendit autem eos si libertate sic explicata potiantur, nihil de lege sollicitos esse oportere, cum uina charitate lex uniuersa contineatur. *omnis enim lex.* quod ad ea pertinet, quę nos præstare tenemur: *in hoc uno sermone impletur.* ad quem tanquam ad summam referuntur, quęcunque nobis ex lege seruanda sunt. *diliges proximum tuum sicut teipsum.* Quo uno mandato omnia, quę erga homines seruare oportet, summam comprehendit in Epistola ad Romanos docuit. Nam de iis, quę erga Deū fides quę per dilectionem operatur, de qua hæcenus tractauit, ab un de præcipit. Quia uero & falsi apostoli, Galatarum non modo fidem, sed & charitatem perturbabant, discordias, & seditiones concitantes, unde murabæ iniuriarum, contumeliarumque infignes oriebantur, sanctissimumque illud charitatis præceptum uiolabatur aptissime hoc loco, in quã magno periculo uersarentur admonuit. *quod si inuicem mordetis, & comeditis.* Si neglecto charitatis mandato similiter, atque ferę bestię, alter alterius contumeliis, atque detrimentis animum exaturat: *uidete ne ab inuicem consumamini.* ne tam graue odium, uniuersis exitium, perniciem, interitumque afferat.

## DICO AUTEM.

**Libertatis Christianę explicatio.**  
**2. Cor. 3.**  
 QVO D de Christiana Libertate paulo antè proposuit, apertissime ac planissime exponit. *Dico autem.* Ea declaro, quę significauit tantum. *Spiritu ambulato.* Hęc est libertas ad quem uocatos uos esse dixi, ut interiores Spiritus sancti admonitiones: eumque ipsum ducentem in omnibus uestris actionibus sequamini: de quo alio loco scripsit: *Vbi Spiritus domini, ibi libertas. Et desideria carnis nõ persequeris.* Si Spiritui sancto obedientes uos præberitis, nullum ex hac libertate carni adiuuentum subministrabitur ad illorum operum perfectionem, quę ipsa concupiscit.

**Conclusio nis Christianę libertate summæ.**  
**Timot. 1.**  
 pilcit. Hoc autem manifesto affectuum experimento, quos in seipso quisque sentit, ostendit, ac probat. *caro enim concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem.* Ex hac affectuum carnis, & spiritus dimicatione, ac pugna, fit, ut qui spiritum ducentem sequitur, carnis appetitionibus perficiendis nihil suffragetur: ut uero hæc carnis, & spiritus cõtentionem acerrimam, nemo quantum uis stupidus non agnoscat, adiungit. *hęc enim sibi inuicem aduersantur.* Cuius expressum, & maximum signum, illud est quod sequitur. *ut non quęcunque uultis, illa faciatis.* Nã resistit caro, ne omnia faciatis, quę spiritu sancto suasore uultis: repugnat spiritus, ne omnia faciatis, ad quę caro impellit. De tota uero ista repugnantia attente legendum est caput V I. epistolę ad Romanos, ubi in sua persona effectam, atque expressam nostram hanc quotidianam pugnam uidere est. Cuius illustrissimum exemplum in Petro Apostolorum principe nobis propositum est; qui spiritu sancto auctore, ex animo pollicebatur mortuum se potius, si casus necessitasque expostularer, quã Christum Dominum negaturum. quod ne perficeret, quemadmodum uolebat, carnis imbecillitas obstitit. Proinde dixit illi dominus, Sic non potuisti una hora vigilare mecum? uigilate, & orate, ne intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. *quod si spiritu ducimini, non estis sub lege.* Summa hæc est conclusionis de Christiana libertate: Si in hac pugna ad spiritus sancti ductum uos applicatis (id enim est spiritu ambulare) nihil uos minas, ac denuntiationes legis terrent, quę illis duntaxat propolita pœna timorem iniicit, qui carnis motus, & appetitus perficiunt. Atque hoc illud est, quod ad Timotheum scriptum est, Lex iusto non est posita; sed iniustus, & non subditus, impiis, & peccatoribus, sceleratis, & contaminatis, patricidis, & matricidis, homicidis, fornicariis, masculorum concubitoribus, plagiaris, mendacibus, periuris; & si quid aliud sanę doctrinę aduer-



aduersatur, quæ est secundum Euangelium gloriæ beati Dei, quod creditum est mihi.

MANIFESTA.

Quo melius, & dilucidus hæc affectuum carnis, & spiritus conflictio diiudicaretur, quædam enumerat opera carnis, quibus scilicet desideria carnis perficiuntur, quosdam etiam fructus spiritus: quos nempe spiritus Dei tanquam sanctissimum quoddam, & occultissimum semen in nobis gignit, ac procreat, qui spiritu ambulamus, & ipsum unum sequimur ducem. Et de operibus quidem carnis, inquit: *manifesta sunt autem opera carnis.* Quæ homo ac derelictus ager, sua sponte proferre consuevit, passim occurrunt, atque ostendunt sese. *Quæ sunt adulterium, fornicatio, immunditia, impudicitia.* Hæc opera carnis ad effectus pertinent: quos in epistola ad Romanos appellat affectus ignominie. A quibus etiam cum dehortaretur inquit: Non in cubilibus, & impudicitis, *idolorum seruitus.*

**Rom. 1.** De quo opere sic ad Romanos scripsit: Et mutauerunt gloriam immortalis Dei, in similitudinem imaginis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & reptilium. Venescium, quo necantur homines occulte. *inimicitia, lis.* De litibus loquitur, de quibus ad Corinthios, scripsit: Iam quidem omnino delictum est in vobis, quod iudicia habetis inter uos. Quare non magis iniuriam accipitis? Quare non magis fraudem patimini? *Aemulationes, ira, rixæ, seditiones, seclæ, inuidiæ, cædes.* Differt ab æmulatione inuidia: quod hæc ægritudo est animi ex alterius rebus secundis: illa verò ex eo, quod alius re potiat, quam ipse concupietis. Ira est viciscendi libido. Rixa verborum concertatio: Seditio aperta est multitudinis dissensio, seu turba: Secta verò paucorum est à communi disciplina, & institutione fecessio. Ex quibus omnibus, cū acris exarde *scunt, cædes, & occisiones oriuntur.* Duobus autem in epistola

epistola ad Romanos vocabulis comprehenduntur, cum dicitur: Non in contentione, & emulatione, *ebrietas, comessationes.* Et horum verbis isdem extat eodem loco dissuasio. Non in comessationibus, & ebrietatibus. & his similia. Neque enim enumerari possunt omnia. *De quibus prædico vobis, sicut & prædixi.* vt cum oratione, qua apud vos usus sum, congruat, consentiatque epistola. *quod qui talia agunt, regnum Dei non consequentur.* Qui id genus operibus carnis appetitionem explēt, regni Dei hæreditatem non sunt adituri: ad quam per fructum spiritus peruenitur, quem mox proponit, cum omnibus sibi coniunctis salutaribus donis.

FRUCTVS AVTEM.

OPERIBVS carnis, quibus varii carnis affectus perficiuntur, vnicum, ac singularem spiritus sancti fructum opponit, cum quo, & alia quædam coniungit salutaria bona, quæ inueniri non possunt, nisi ubi diuina, & admirabilis spiritus sancti vis cum hoc suo primario fructu inuenitur. *Fructus autem spiritus, est charitas.* Hic ille unicus est, ac præstantissimus fructus, qui à spiritu sancto capitur, quem in epistola ad Corinthios, viâ appellat excellentiorem; qua videlicet proficiuntur, qui spiritu ambulant, & desideria carnis non perficiunt; de qua paulò antè dixit: Per charitatem seruite inuicem: omnis enim lex in vno sermone impletur; Diliges proximum tuum sicut teipsum. *Gaudium.* vnum tantum est, quod charitatem contrahat, quæ in reliquis omnibus exultat. id quale sit, ex eo, quod ad Corinthios scripsit, intelligi potest: Non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati. *Pax.* Amouet charitas cupiditates omnes, ex quibus discordia oriri possit. Nā non inuidet, non agit perperam, non inflatur, non querit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum. longanimitas. Hæc ad charitatem pertinet, quæ ( ut eodem loco dicitur ) *макроθυμια* nullum scilicet, neque ad iram, neque ad

E aliam

aliam quamlibet animorū perturbationē progressum, habet præcipientem, aut inconsistentem. *Benignitas.* *Æns eus etiam* etiam charitas, cum nullam secum ferat neque in sermone, neque in moribus asperitatem. *Bonitas.* Ad quam pertinet, quibuscumque rebus aliis commodare. *Fides,* ei quem diligit. Omnia credit charitas: qua ratione fit, ut fidem conferuet atque etiam adaugeat. *Mansuetudo.* Mira est in sermone, atque omnibus actionibus lenitas, ac facilitas: quæ ab omni non solum abest asperitate; sed gratissima condit omnia humanitate, suauitateque. *continentia.* Qua omnes carnis cupiditates refrenantur, ac coercentur, ne uidelicet operibus expleantur, perficianturque. *Aduersus huiusmodi non est lex.* Erga hominem hoc vno spiritalis sancti fructu, quem tot consequuntur salutaria munera, præditum nihil potest lex. Nam (ut supra docuit) vna charitate viuens lex continetur, ea uidelicet Regis madata, quæ nos præstare oportet. Proinde etiam dixit: si spiritu ducamini, non estis sub lege: hoc est, non legis multatione deterriti benefacitis: non legis auctoritate, & imperio; sed ductore sancto spiritu domitas habetis libidines, & bene beateque uiuitis, quemadmodum Christianis hominibus viuendum est. De quorum uita subiungit.

### QVI AVTEM.

TANTVM abest, ut qui ad Christum Iesum verè pertinent, carnis desiderijs obsequantur, ut eis maximè proprium, ac peculiare sit, carnem ipsam, hoc est, totum quod in ipsis à natura corrupta est, necauisse, unà cum affectibus, & cupiditatibus. De quo inquit. *Qui autem Christi, carnem suam crucifixuerunt.* Totum scilicet illud, quod in ipsis non à Christo est, resutarunt, ac reiecerunt, atque ad salutem adipiscendam nullo loco numerant. *cum uitijs & concupiscentiis.* Ut non solum in pugna aduersus spiritum palam eis non concedant, sed ut nulla illis ratione mori-

gerent

gerentur. Hoc autem totum sibi iam contigisse ostendit, cum dixit: Vnà cum Christo crucifixus sum. Ad hoc autè sequitur, ut omnis Christianorum hominum uita, in Spiritu Dei, qui idem est, & Christi posita sit. Ac propterea inquit. *Si uisimus spiritus.* Necata, & cruci suffixa carne, quemadmodum Christianos homines decet. *Spiritus & carnes uolumus.* Spiritui consentiamus, atque omnino obtemperemus: A quo, cum maximè opere dissentiat inanis gloria cupiditas; quo cum laborare Galatæ cœpissent, in controuersias, & quæstiones de lege adducti, ne ultra progredierentur, inquit: *non efficiamur inanis gloriae cupiditatis.* Ex qua fit, ut alter alterum, ad disputationem, & concertationem prouocet, alter alterius laudis, ac gloriae inuideat. *in uicem prouocantes, in uicem inuidentes.*

### F R A T R E S .

NEVERO inanis gloriae cupiditas longius serperet, atque progredieretur, neque procaces in lacescendo essent, & inuidentiæ morbo laborare pergerent Galatæ, quibusdam eos præceptis ad charitatem informat, quæ omnia tolerat, & neque inuidet, neque animos inflat. Quorum primò eos respicit, qui carnis imbecillitate in aliqua sæpe re delinquebant; atque eos, qui cum spiritu sancti uirtute firmiores essent, non tam facile in aliquod uitium delabebantur. inter quos si non acerbum semper odij, attamen uel inuidiæ, uel leues nonnunquã offensiones excitabant. Ex quibus uerendū erat, ne charitas inter eos penitus dirimeretur. *Frates.* Hoc eos nomine compellat, ut ad fraternæ charitatis memoriam, eorum animos reuocaret. *Et si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto.* Si quis ex carnis fragilitate prius deliquerit, quàm sibi ne delinqueret, succurreretur: Si quis in morbum inciderit antequam prouideri, ac medicamento aliquo præcaueri posset: *uis qui spirituales estis.* Qui spiritus sancti munere plus habetis roboris, ita-

E 2 bilitatis,

*Carnem crucifige  
re quid.*

*Imbecil-  
les carne  
robustis  
spiritu.*

*S. Cap. 2.*

*CAP. 6.*

*Castigatio qua-  
lis esse de-  
bet.*

bilitatis, atque constantiæ; *huiusmodi instaurare*. Huic opem, ac subsidium ferre, atque adiuuare, ut in priorem statum restituarur. *in spiritu lenitatis*. Siue monendus, siue obiurgandus, siue castigandus sit; mansuetè hæc omnia, non iracundè, aut furenter fiat: vt & in vobis eluceat mansuetudo illa, quam spiritus sancti; siue charitatis fructum esse prædiximus. *considerans te ipsum, ne & tu senteris*. Illud tecum reputans, & tentari, atque etiam labi ipse potes: quod si forte contingeret, non nimis acerbè, & asperè; sed remissius, ac lenius tecum agi velles. Rectè ergo feceris si fratris tui animù simili ratione tractaueris.

### ALTER ALTERIVS.

*Charitatis fraternæ con-  
firmatio.*

**ALTERVM** præceptum ad conciliandam, & maximè confirmandam fraternam charitatem aptissimum; vt alii aliorum onera suscipere, atque alleuare studeant. quod tamen commune sit, ac latissimè pateat: illud tamen maximè respicit, quod proximè præcepit; nempe, vt qui per spiritus sancti beneficium, & munus confisit inuictus, cum qui per carnis imbecillitatem cecidit, erigere, & perinde, ac luxatum eiusdem corporis membrum in locum suum reponere studeat, ut si & ipse lapsus aliquando fuerit, alterius studio corrigatur, reparaturq; . *alter alterius onera portate*. Manus manum lauat, & digitus digitum. *& sic adimplete legem Christi*. De qua paulo superius dixit: Per charitatem seruite inuicem. Omnis enim lex in vno sermone impletur: Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Ne verò quisquam insolenter se efferret, existimans de loco se, ubi semel constitit, nunquam casurum: inquit. *nam si quis existimat se aliquid esse*. Si quisdam de se usque adeò immoderatè sentit, vt concidentibus aliis opem ferre posse existimet; se uerò aliorum auxilio nunquam futurum indigentem. *cum nihil sit*. Neq; enim quod sibi tribuit, re uera tenet, aut possidet. *ipse se seducit*. Mente, ipse suam cogitatione ista arrogantia

*Onera  
munera.  
Cap. 5.*

*Arrogantia mentem decipit.*

gantiæ, & temeritatis plenissima in fraudè inducit. Ne autem quispiam, illorum præsertim qui plus æquo sibi arrogant, hoc secundo præcepto non suum tantum; sed & alterius quoque onus sibi gestandum, impositum esse putaret, cum ex eo potius consequatur, vt suum tantum vnusquisque ferat, adiunxit. *opus autem suum probet unusquisque*. Diligenter quisq; examinet, ac ponderet, quod sibi gerendum est ex charitatis lege opus, ac negocium, quid cuique debeat: id nempe suum est onus. *& tunc in semetipso tantum gloriationem habebit, & non in altero*. Cù rectè perpenderit, sui quid muneris, atque operis est; idque à se inuenerit castè, & integrè administrari: tum qui dem gloriari poterit, quod suum duntaxat, non alterius etiam perforationus: ex hoc igitur præcepto, Alter alterius onera portate, id protinus efficitur, quod sequitur; *unusquisque enim onus suum portabit*. In quo portando alteri opitulatur, ac subuenit, vt & ipse suum leuius ferat. Cuius quidem rei, cum videatur obscurior, exemplum aliquod ab hoc loco non alienum ponendum est. Quamquam aut ex tertio, quod mox sequetur præcepto aperitur, ac manifestum proponi potuisset exemplum; hoc tamen prætereamus, mei muneris, atque operis est, cum fratrem video aliqua in re delinquentem, de eo redintegrando, reparandoq; sollicitum esse, & anxium: in quo illi me præbeo adiutorem, onusque illius aliqua ex parte fero. Eius contra officij, atque operè est, leniter monentem non aspernari, ad se redire, & pro sua renouatione, & instauratione laborare, quod dum facit, ita suum fert onus, vt & meo quoque magnam afferat leuationem. Qua ratione fit, vt alii aliorum onera portemus, & proprium tantum unusquisque portet, ac nemo nisi in semetipso gloriatur, & non in altero.

*Munus  
suum cui-  
que examina-  
dum.*

*Alter ad  
seruus onera  
quomodopar-  
tes, ac suum  
unusquisque  
ferat.*

### COMMUNICET.

**HABET** tertium hoc præceptum magnam cum arrogantia

*Catechismi veni-neratio.* recedente coniunctionem . præcipitur enim vt quid de Euangelio ab aliquo instituitur , docetur , instruitur , & ipse vicissim participem illù faciat suorum omnium bonorum . *Communicas autem , qui catechizatur uerbo , eis , qui catechizat in omnibus bonis .* Vbi vides tam doctore Euangelij , quam discipulum suum quengq; propriù exercere munus ; suù portare onus , & tamen alterum ab altero iuuari , siue alterum alterius leuare onus , atq; indigentia .

## NOLITE .

**TOTAM** hanc partem , in qua posteaquam suæ doctrinæ de Christiana libertate , illam adhibuit cautionem , vt viderent ne libertatis nomen carni auxilium ferret aduersus spiritù , de quorum inter se pugnantium cõflictione præclare multa admonuit ; sic concludit , vt extrema vtriusque ostendat , quò videlicet caro , quò spiritus quæque deducat . *Nolite errare .* In hac de Christiana libertate , doctrina , in qua ois perniciosus est error ; oim errorem depellit . *Deus nõ irridetur .* Sub nomine libertatis spiritus carnis illecebris , & cupiditatem lenociniis obsequendo , eludere Deum non potestis . *quod enim seminauerit homo , hoc & metet .* Sub hac translatione ; vt sementem feceris , ita metes ; illa latet licentia , quam Dauid planissimè explicauit , Christus confirmauit ; Apostolus ipse alio loco apertissimè retulit : *Reddet Deus vnicuique secundùm opera sua .* ut seminare referatur ad opera , metere autem ad operum siue laborum fructum seu mercedem . Seminandi verò , ac metendi duas inter se distictas , maximeq; diuersas rones explicat , vt quisq; quã sequatur attédât . *quoniam qui seminat in carne sua .* Seminare in carne , est carnis cupiditates per opera quæ supra enumerauit , perficere . *de carne metet corruptionem .* De carnis operibus ærumnam scilicet , miseria , ac perniciem consequetur , ac mala omnia ; in quæ incurrunt , quicunque ad Regni Dei hæreditatem non perueniunt .

qui .

*qui autem seminat in spiritu .* non suo ; sed Dei . *Seminare autem in spiritu Dei illud est , quod supra dixit ; spiritu ambulare , siue ad vnicum illum spiritus fructum , charitatem videlicet , omnia opera semper tanquam sagittas , aut hastas collimare . de spiritu metet uitam æternam .* De fructu spiritus hæreditatem capiet regni Dei , quæ est vita sempiterna , ab omni interitu secura .

## BONVM AVTEM .

**QVOD** per translationem dixit , aperte nunc explicat . *Bonum autem facieris .* Id enim est seminare in spiritu . *non deficiamus .* Nullis laboribus , aut periculis animù à benè agendi cura , & studio laxemus . *tempore enim suo metemus .* Fructum iam explicatum scilicet uitam æternã modo seminemus . *non deficientes .* Hæretes semper , & per seuerantes in fructu spiritus ; hoc eccl , charitate , ac rectè agendi studium defatigati non relinquentes . *Ergo dum tempus habemus , operemur bonum ad omnes .* Totam hanc hortationem sic concludit . *Donec hanc viuimus vitam , in qua ferendi oportunum est tempus , bonorum operum semina , larga manu spargamus benevolentiam , & charitatem erga omnes homines præ nobis ferentes . maxime autem ad domesticos fidei .* Præcipue verò benefici erga illos esse debemus , cum quibus fraternitas illa , ac sanctè colenda fidei in Christum nobis est necessitudo , quos non vt hospites , atque alienos ; sed perinde , vt domesticos , intimos , & in una , atque eadem domo natos , pariq; disciplina educatos , diligere , & caros habere debemus .

## VIDETE .

**AD** EPISTOLAE conclusionem accedit : in qua cum illorum , qui contra disputauerant , atque omnia apud Galatas perturbauerat fraudulenta consilia dete-

E 4 git ,

Carnis et spiritus fines .

Psal. 67 .

Mat. 16 .

Roma. 2 .

Seminare in carne no .

Seminare in spiritu .

Domesticos fidei .

Epistole conclusio .

*Galatarum per turbatores dolosi Pauli constantia . Pauli se serua manu scripta .* git; tum de se ipso, hoc est, constanti suo proposito, atque instituto pauca quædam inserit. *Videte qualibus literis scripsi vobis mea manu .* Ponderari vult hanc Epistolam, quam copiosè scilicet, costanter, apertè, sine furore, & fallaciis sententiam explicauerit suam; ponderari præterea, quòd sua manu scripserit, vt nemo sibi obicere possèt, quòd aliter, atque in ea continet, vel sentiret, vel alibi prædicaret. Quibus omnibus consideratis plus ponderis, atque momenti, suam hanc Epistolam habituram putauit. *quicumque volunt placere in carne, hi cogunt vos circumcidi . Qui contra, atque ego in hac controuerfa sentiunt, oppugnatores mei, ac vestri perturbatores, ad legis sacramenta vos adigentes, illud potissimum spectant, vt nationem suam adulentur . Erant enim Iudæi, quibus mira quadam erga carnem siue genus suum affectione magnopere placebat, vt prædicaretur exteris nationibus, nullam ad salutem patere viam, nisi legem vnus Iudæis traditam profiterentur.*

*Placere in carne defendere eas prærogatiuas, quæ illorum carni, siue nationi peculiare erant. tantum vt crucis CHRISTI persecutionem non patiantur.* In captando autem Iudæorum fauore, & gratia, illud tantum sibi propositum habent, ne ab ipsis vexentur, atque exagitentur ex crucis CHRISTI prædicatione, quæ tum quidem syn-

*Crucis Christi syn-cera prædicatione quæ .* cera est, cum in ea vna docetur, positam, & defixam esse debere omnem humanæ salutis fiduciam: quam quidem prædicationem, tanquam ipsorum legi aduersantem, inimicè insectabantur Iudæi. Quam diuerso ergo itinere à falsis Apostolis Paulus incederet, iam videmus. Neque enim quemadmodum & illi, vel suæ genti placere quærebat, vel vexationem, atque exagitationem synceris crucis Christi prædicatoribus, paratam defugiebat. Ne vero diceret aliquis diuinæ legis zelo, vt scilicet ad eam tanquam ad perfectissimam normam hominum vitæ dirigatur, moresque formentur, prædi-

prædi-

prædicari ab illis circumfisionem; ne fucus hic pretextetur, inquit: *neque enim qui circumciduntur.* Siue Iudæi sint, siue cuiusvis nationis à Iudæis ipsis perfluasi. *legem ipsi custodiunt .* ut suæ prædicationis legis nomen prætereundè possint, ac dicere, vrgeri à se circumfisionem, vt legi Dei obtemperetur. Quod autem hoc loco asserit, nihil sanè opus erat probare, cum supra dixerit, ac legis ipsius testimonio probauerit; quòd quicunque ex legis operibus sunt, sub maledicto sunt. Ex quo statim id efficitur quòd sequitur: *sed nolunt vos circumcidi ut in carne vestra glorientur .* Ad eas, quas exposui rationes, quamobrem ad circumfisionem isti vos impellant, vt scilicet suæ genti placeant, & periculù, atque discrimen synceris Euangelii prædicatoribus propositum effugiât: accedit & tertia hæc. Tã cupidè instant ut circumcidamini, quo gloriari possint ipsis auctoribus, ac suaforis impressum esse, & extare in carne vestra, qui Iudæi non estis, signum professionis, & cultus legis Iudæorum .

*Circumcisi legem non custodiunt .* CAP. 3.

*Circumfisionem cur Apostoli falsi prædicabâs .*

#### M I H I A V T E M .

S V V M nunc consilium, atque institutum constantiæ plenum, & firmitatis, illorum dolis, ac fraudibus, tanquam contrariù contrariò opponit. *Mihi autem absque gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi .* Illam ego cogitationem in horreo, ac reformido, vt non modò in carne uestra, uerù & in quacunque alia re, siue ea mihi, siue genti meæ peculiaris sit gloriæ, præterquam in una plurâ scilicet, & incorrupta prædicatione crucis Christi, quam omni nationi, & vnica propono, & tutissimam adipiscendæ salutis viam. *per quem mundus mihi crucifixus est.* Christi, in cuius vna cruce gloriæ, gratia non meæ modò genti gratificari nihili facio; sed & vnuerfum terrarum orbem tanquam mortuum existimo: nihil ab eo ad salutem auxilij, nihil gratiæ, aut fauoris expectans. De quo in Epistola ad Philippenfes, inquit, Propter Christum, omnia detrimētum

*Pauligloriasio .*

*Mundus Paulo per Christum crucifixus .*

Paulus  
per Christi  
suum mū-  
do cruci-  
fixus.  
Cap. 4.

trimentum feci, & arbitror vt stercora, vt ipsum lucrificam. & ego mundo. Mundus quoque me pro mortuo, ac planè nihilo habet; quasi nulla in re sibi prodesse, aut fructum ferre possim. Vnde constat quo loco is, qui in vna Christi cruce omnem humanæ salutis rationem collocauit, mundum numeret; atque à mundo numeretur. Nullo sanè. Proinde in ea, quæ ad Corinthios prior est Epistola, scripsit, Tanquam purgamenta mundi facti sumus, omnium perisema, vsque adhuc. Afferat autem diuini huius instituti præclaram admodum rationem, quare in vna Christi cruce gloriandum sit, cuius gratia reputare quisque debet & mundum sibi, & se mundo per summam spem, atque fiduciam in Christi cruce mortuū esse. in Christo. n. Iesu neque circūcisio aliquid valet, neq; præputiū.

Mūdi in  
duas par-  
tes sectio

Mūdi fecit in duas partes, in quarū vna Iudæos, reliquas oēs nationes in altera collocat, & inquit: Hæc est mei instituti ratio, ad cuius vos exemplū conformare cupio. Nā ad salutem per Christi crucem comparandam nihil conferunt magna illa, & diuina bona, ad quæ tanquam ad saluta fundamenta firmissima adnituntur Iudæi. Lex videlicet, legisq; ceremonie, neq; item illa, quibus aliæ nationes magnopere confidunt, humana sapientia nempe, ac prudentia, sed noua creatura, quæ esse non potest nisi verus intereat. Interit autem dum adiumenta, ac subsidia omnia, quæ ad salutem à natura quisq; sibi habere videtur, repudiatur, ac cruce affigit, atq; in vna Christi morte omnia ponit. Renouatur autem dum in sacrosancto Baptismi sacramento per fidem omnè exiit peccati vetustate, ac Spiritū sanctū accipit, quo quasi à mortuis vnā cū Christo excitata in nouitate vitæ ambulat. Proinde paulò superius dixit: In Christo Iesu, neq; circūcisio aliquid valet neq; præputium; sed fides, quæ per dilectionem operatur.

Iudæorū  
fiducia.  
Gentium  
fiducia.  
Creatu-  
re vete-  
ris inte-  
ritus.  
Creatu-  
re reno-  
uatio.

### ET QVICVNQVE.

OPYAT omnibus huic, doctrinæ consentientibus,  
in

in qua cōmunitas omnium Christianorum regula exprimitur, pacem, & misericordiam Dei, quæ etiam bona præcatur Israelij, vt ostendat non sue gentis odio; sed veritatis in lucem proferendæ gratia hæc omnia scripsisse. Et quicumque hanc regulam secuti fuerint; Pax super illos, & misericordia, & super Israel Dei. Pax Dei in omnibus calamitatibus, ac miseriis magna hominem consolatione sustentat. Misericordia verò, calamitosissimum, atque afflictis subuenit, opitulatur quæ. de cætero nemo mihi inclestus sit. De his questionibus meam explorando sententiam, quam apertè, & copiosè explicauit. ego enim stigmata Domini Iesu in corpore meo porto. Signa siue nota Domini Iesu in corpore Pauli impressa, & insignita, res erant aduersæ, quas pro illius nomine tolerabat: Fugæ periculosa, plagæ mortiferæ, percussiones insanabiles, periculosa discrimina, cruciatibus vehementes. Quorum magnam partem in altera ad Corint. epist. persequitur: Hæc (inquit) omnia quæ occultari non possunt, animi signa sunt, non legi, & circuncisioni, sed vni Domino Iesu Christo confidentis. De quibus etiam signis sic alio loco scripsit, semper mortificationem Iesu Christi in corpore nostro circumferentes, vt & vita Iesu manifestetur in corporibus nostris; semper enim nos qui viuimus, in mortem tradimur propter Iesum; vt & vita Iesu manifestetur in carne nostra mortali, gratia Domini nostri Iesu Christi cum spiritu vestro, fratres. Ad spiritum pertinet humanum quæ ad Dei cultum, pietatem, religionem, salutem attinent, quærere. Propterea breui præcacione concludit epistolam, ac spiritu Galatarum Christi gratiam petit. siue quæ, pro pietate impietatem, pro religione superstitionem, pro salute perniciem inuenit et. Vehementis verò animi sui aduersus Galatas affectus, nota est ea particula, qua præcacionem; atque epistolam concludit, seque obtinendæ supplicationis desiderio magnopere laborare ostendit.

Pax Dei

Misericordia Dei.

Stigmata Iesu in corpore Pauli.

2. Cor. 11

AMEN.

QVAE

# QVAESTIONVM

## INDEX.

### QVAESTIO PRIMA.

*De peccatorum expiatione per opera quas satisfactiones appellamus.*

### QVAESTIO II.

*De operum auctoribus, & magistris.*

### QVAESTIO III.

*De liberatione à peccatis per Christi mortem, & poenitentiae opera.*

### QVAESTIO IIII.

*De sanctarum scripturarum, & Ecclesiae auctoritate.*

### QVAESTIO V.

*De Pauli Euangelio, & gratia Domini nostri Iesu Christi.*

### QVAESTIO VI.

*De rationibus, quae contra haereticos à perpetuo Patrum, & Ecclesiae consensu ducuntur.*

### QVAESTIO VII.

*De lege charitatis, quando ad Euangelium pertineat.*

### QVAESTIO VIII.

*De traditionibus, quas humanas haeretici appellant, easque tanquam uitia à Deo tolerari affirmant.*

### QVAESTIO IX.

*De comparatione circumcisionis, cum ieiunio, elemosyna, & alijs bonis, & sanctis operibus:*

QVAESTIO

### QVAESTIO X.

*De peccato quod contra Pontificum leges committitur.*

### QVAESTIO XI.

*De differentia operum legis, & charitatis.*

### QVAESTIO XII.

*De personarum acceptione in causa religionis.*

### QVAESTIO XIII.

*De eodem.*

### QVAESTIO XIII.

*De Petri summa potestate.*

### QVAESTIO XV.

*De reprehensione, qua aduersus Petrum usus est Paulus.*

### QVAESTIO XVI.

*De iustificatione, an vni fidei, omnibus exclusis operibus, tribuenda.*

### QVAESTIO XVII.

*De fiducia operum.*

### QVAESTIO XVIII.

*De differentia operum legis, & gratiae.*

### QVAESTIO XIX.

*De differentia legis, & fidei.*

### QVAESTIO XX.

*De iusto ex fide an lege opus habeat, itemque de legis, & gratiae usu.*

### QVAESTIO XXI.

*De bonis iustorum operibus an Christo gloriam eripiant.*

### QVAESTIO XXII.

*De Paulo Apostolo quomodo per legem legi mor-*

*tuum se esse dixerit.*

QVAESTIO XXIII.

*De operibus quibus iustitia tribuenda est.*

QVAESTIO XXIII.

*De operibus cur post adeptam iustitiam necessa-  
ria sint.*

QVAESTIO XXV.

*De accessu ad Christum per fidem absque meritis.  
Deque merito congrui.*

QVAESTIO XXVI.

*De Christo Iesu liberatore, legislatore, & iudice.*

QVAESTIO XXVII.

*De gratia christi, quomodo per legem abijciatur.*

QVAESTIO XXVIII.

*De gratia christi, quæ nullo merito, sed gratis  
accipitur.*

QVAESTIO XXIX.

*De iustificationis initio, progressu, & fine, exem-  
plo Abrahae.*

QVAESTIO XXX.

*De iustitia, quæ neque natura, neque lege com-  
paratur.*

QVAESTIO XXXI.

*De monachorum professione, quem habeat ad iu-  
stitiam respectum.*

QVAESTIO XXXII.

*De iustitia comparandæ ratione & via.*

QVAESTIO XXXIII.

*De iustitia absolutione, ac perfectione.*

QVAESTIO XXXIII.

*De Abrahae iustificatione, & fide.*

QVAESTIO XXXV.

*De Abrahae in iustitia progressionem.*

QVAESTIO XXXVI.

*De differentia eorum, quos ex lege, ab his quos ex  
fide esse dicit Apostolus.*

QVAESTIO XXXVII.

*De his quos Paulus ex operibus legis esse dicit  
qui nam sint.*

QVAESTIO XXXVIII.

*De operibus quibus sempiternæ vitæ præmium  
promittitur.*

QVAESTIO XXXIX.

*De iustitiæ adeptione: quæ in ea fidei, & quæ ope-  
ribus tribuenda.*

QVAESTIO XXXX.

*De iusto ex fide quisnam sit.*

QVAESTIO XXXXI.

*De charitate duplici, ea scilicet quæ legis, & ea,  
quæ fidei esse dicitur.*

QVAESTIO XXXXII.

*De fidei distinctione, ab operibus.*

QVAESTIO XXXXIII.

*De operibus ex fide, quenam ea sint.*

QVAESTIO XXXXIII.

*De legis execratione; quæ per Christum sublata,  
non una nos fides ad salutem perducit.*

QVAESTIO XXXXV.

*De peccatorum venia per Christum accepta.*

QVAESTIO XXXXVI.

*De doctrina falsorum Apostolorum quantopere à  
catho-*



*catholicae ecclesiae doctrina differat. De indulgentijs, Item satisfactionibus, &c.*

QVAESTIO XXXVII.

*De operibus Abrahae, quibus in iustitia profecit.*

QVAESTIO XXXVIII.

*De lege quantopere Pauli doctrina à doctrina dissentiat praesentium haereticorum.*

QVAESTIO XXXIX.

*De legis Moysi, & Christi differentia.*

QVAESTIO. I.

*De Iudaeis quos Paulus condemnat, & monachis quos damnant haeretici.*

QVAESTIO II.

*De lege quomodo carceri similis sit, & pedagogo.*

QVAESTIO LII.

*De legis ad iustos, & iniustos vario respectu.*

QVAESTIO LIII.

*De Pauli circa legem varijs sermonibus, Itemque de legis ipsius vario usu.*

QVAESTIO LIIII.

*De Christo legislatore, & indice.*

QVAESTIO LV.

*De gratiae diuinae cognitione, an ea ad fidem pertineat.*

QVAESTIO LVI.

*De legis à gratia seiunctae, & cum ea coniunctae differentia.*

QVAESTIO LVII.

*De legis abrogatione, & filiorum Dei vera libertate.*

QVAESTIO LVIII.

De vexa-

*De vexatione, qua ecclesia ab haereticis vexatur, & qua ipsa vexat haeticos*

QVAESTIO LIX.

*De iugo duplici seruitutis, & amoris.*

QVAESTIO LX.

*De differentia circumcisionis ab operibus Christianis. Itemque de perfecta Euangelij praedicatione.*

QVAESTIO LXI.

*De fide Christiana, quae scilicet per charitatem operatur.*

QVAESTIO LXII.

*De scandalo.*

QVAESTIO LXIII.

*De vexatione doctrinae, an sufficiens sit signum veritatis.*

QVAESTIO LXIIII.

*De charitate, quomodo est plenitudo legis.*

QVAESTIO LXV.

*De idololatria, quam ad monachorum statum, & missae sacrificium transferunt haeretici.*

QVAESTIO LXVI.

*De legibus humanis, & Pontificijs.*

QVAESTIO LXVII.

*De noua creatura, quae vna valet ad salutem per Christum Iesum adipiscendam.*

# DE LOCIS EPISTOLAE

AD GALATAS, QUIBUS AD

SVA CONFIRMANDA DOG-

mata abutuntur haeretici, quæstio-  
nes sexaginta septem.

QVAESTIO PRIMA.

*De peccatorum expiatione per opera quas satisfactio-  
nes appellamus.*

LOCVS PRIMVS.

*Gratia uobis, & pax à Deo patre nostro, & Do-  
mino Iesu Christo, qui dedit semetipsum pro  
peccatis nostris.*

ARGVMENT. HAERETICORVM.

PRIMVS hic est diuinæ huius epistolæ locus, quæ illi, qui de hæresi nos damnant Theologi sophistæ obsecrant, ac penè obruunt, impia illa suorum operum, siue afflictationum doctrina, quas appellant satisfactiones pro peccatis. Sed eas adhuc docere, aut stabiliter, vel uno verbo ex sacris literis excerpto non potuerunt, vel vno patrum efficaci testimonio, quorum nomine sua omnia somnia veniant, & quotquot suo ipsi arbitratu finxerint religionis decreta. E quibus vnum hoc est, de satisfactione pro peccatis. Nam si possunt peccata nostra aboleri per opera nostra, quid quæso opus erat Iesum Christum Dei filium semetipsum dare pro peccatis nostris, perinde ergo est, humanam aliquam satisfactio-

satisfactionem pro peccatis statuere, cuius nomen vel ea ratione odiosum nobis esse debet, quia valde periculosum; cum perniciosam inducat opinionem, posse hominem pro suis peccatis Deo facere satis. Perinde inquam est hoc statuere, atque hunc Pauli locum reiicere, respuereque ac planè negare, Filium Dei semetipsum pro peccatis nostris dedisse. quod est ipsum conculcare, & sanguinem testamento pollutum ducere; qui ablueri peccata nostra non potuerit, sine adiumento facis, ac sordium operum nostrorum. Hebr. 10

REFVTATIO.

NI SI Deus pater aeterno illo suo, immensoque amore erga nos proprio filio non percepisset, ac pro nobis omnibus illum tradidisset; illum inquam filium, quem propter scelus nostrum percussit, & in quo nostras omnes posuit iniquitates, nulla vnquam nobis iusta contigisset peccatorum venia. Nisi agnus ille innocentissimus Iesus Christus Dei filius peccata nostra (vt Ioann. Baptista prædicauit) sustulisset, ac semetipsum pro peccatis nostris dedisset, oblationem, & hostiam Deo in odorem suauissimum; nullam omnino haberemus pro peccatis nostris satisfactionem. Hoc semper fuit, eritque firmum, & perpetuum catholicæ Ecclesiæ fundamentum, præter quod, cum de peccatorum venia agitur, nemo aliud ponere potest. Verum nequis fundamentum pro toto ædificio acciperet ( id quod sæpenumero callidè admodum moliti sunt hodieque moliantur haeretici ) ad id quod à patribus ex vero, & intimo sacrarum literarum sensu superædificatum est, diligenter animum attendere oportet. Sunt in omni graui, & mortifero peccato tria præcipue spectanda: Culpa primò ipsa: sempiternum deinde supplicium, quod illi iure deberi nemo sanus vsquam negauerit: Pœna denique ad tempus luenda, his qui post Baptisimum in peccata recidunt, ac penitentiam Rom. 8.  
Isaie 53  
Ioan. 1.  
Gal. 1.  
Ephes. 5.

F 2 sacramen-

sacramentum tanquam vnam de naufragio tabulam arripiunt. Duo illa priora, vnica tantum Christi satisfactione per fidem, & sacramentum aliquod communicata nobiscum, atq; impertita condonantur. At tertium illud non nisi illius eiusdem Christi satisfactionis diuina vi, atque virtute illis remittitur, & condonatur, qui cum Deo in gratiam rediere, fideque sunt, & charitate cum Christo coniuncti. In quo insuper statu, non modo patienti, sed etiam libenti animo irrogatam sibi multam illis operibus persoluunt, quæ cum idonea iudicantur, & sunt ad tollendam, quæ superest, pœne obligationem, tum verò ad naturam nostram peccandi consuetudinem deprauatam comprimendos impetus, refrenandumque perpetuam illam ad peccandum procliuatatem vim habent maximam. Non potuissent igitur vlllo pacto per opera quæcunque nostra deleri nostra peccata, nisi pro ipsis antea Christus Iesus semetipsum dedisset, neque nos ea (quod ad eam quoque partem attinet, quæ explicata est) abstergeremus, nisi Christus se ipsum antea pro nobis tradidisset. Nam omnis nostra satisfactio nullius certe visus, atque natura ponderis est: Sed vim omnem sumit ex ea parte, quatenus vnica Christi satisfactione nititur. Cuius ratione benignam a patre accipitur, atque eius non tam iustitiam, quam erga Christum, & eos qui Christo fidem, amoris, & benevolentiam satis esse dicitur. Quid eorum, quæ hac patrum doctrina continentur, vel inficiari, vel oppugnare possunt hæretici? An quod de culpa, pœnæque sempiternæ remissione dicimus? Nihil certe esset impudentius, & ab istorum hæresi, qui nobis hodie negotium facessunt, alienius. An de pœna ad tempus pendenda? Hoc ipsum. Cur? Quia non oportuisset (inquiunt) Filium Dei semetipsum pro peccatis nostris deuouere, si satis nos per opera nostra pro illis facere possumus. Sed vnde nobis obsecro culpam primum, pœnæque tum acerbissimæ, tum sempiternæ liberatio contigisset? vnde illa deinde pœnæ obligatio, quam ad

tempus

tempus luendam manere dicimus, obliterari posset? quædo per opera id nostra nunquam fieret; nisi nos prius in gratiam cum Deo Christi merito, ac satisfactione reddissemus. Qua quidem satisfactione, & merito tanquam solido fundamento nostra nituntur omnia; satisque esse clementer ducuntur, siue merita sint, siue satisfactiones. Ad illud igitur confugiant necesse est omnium hæresum fundamentum, nihil ea de re sacris literis cautum inueniri. Quo per fugio libenter vtuntur, quia eas ad suum arbitrium interpretari, vel deprauare potius, & ad alienos sensus detorquere pro nihilo ducunt. Addunt etiam de patribus. Nam quod dicunt, nomen istud satisfactionis periculosum esse, & lubricum, ex quo opinio oriatur posse hominem Deo soluere, quod debet pro suis peccatis: id quidem vanissimum est, & nihil habet periculi. Docemus enim hominem per se separatim à Christo nihil omnino posse facere, nedum satisfacere; At si in Christo maneat, vt palmes in vitæ, multum fructum ferre, Dei mandata persequi, de peccatis satisfacere, mereri. Omnia (inquit Paulus) in eo possum, qui me confortat. Proinde cum vetuisset, ne gloriaretur omnis caro in conspectu Dei qua ratione sanctis hominibus fas esset gloriari, docuit dicens: Qui gloriatur, in Domino gloriatur. Hoc est, quicquid in vita prædicabile, aut gloriandum agit; id totum diuinæ acceptum referat beneficentiæ. Nihil est igitur in ea re periculi, cuius gloria omnis refertur in Deum. Sed ad sacras literas, & nobiles illas negationes, quibus nihil habent isti in ore frequentius ad extinguenda, ac funditus delenda quæcunque ipsi non probant sanctæ catholicæ Ecclesiæ antiquissima dogmata: Hoc non legitur, inquit, illud non est scriptum, sæpissime vsurpant. Demum illis primum, nihil in sacris literis esse ea de re, de qua nunc disputamus, explanatè, aperteque traditum. An propterea mirum esse debet, aut absurdum videri, id, quod à patribus traditum memoria semper custo-

E a dirum,

Ioan. 15

Phil. 4.

1. Cor. 1.

ditum est; placuisse sanctis Apostolis, ut quem admodum  
 omni scelere, culpaque omni, diuina clementia libera-  
 tis; magna tamen in nobis manet ad peccandum pro-  
 cliuitas, atque ad frequentem lapsionem propensio ex  
 culpa ipsa contracta, ita, & poenae alicuius obligatio-  
 nem necessario manere? quo & diuini beneficij magni-  
 tudinem, illius immensa benignitate à sempiterna poe-  
 na soluti diligentius recordemur, & eam quæ restat ad  
 recidendum propensionem seuiore disciplina refrenemus.  
 Huc lachrymæ pertinent illæ, precesque Da-  
 uidis, maximi Iudæorum Regis, qui cum edito quo-  
 que oraculo didicisset Deum scelera sibi sua ignouisse,  
 magnam adhuc Dei misericordiam, multiplicesque  
 eius miserationes implorat, ampliusque petit ab ini-  
 quitatis suæ fordibus abluui, & à peccato mundari.

**Psal. 50.** Quod certè non faceret vir ex sancti Spiritus doctrina  
 eruditus, nisi cognosceret condonato peccato aliquid  
 reliqui expiandum. Sed hac uti defensione nihil necesse  
 habeamus, quando doctrinæ huius in sacris literis  
 aperta, & illustria extant testimonia. Primum Salo-  
 monis illud: Eleemosynis, & fide purgantur peccata.  
**Prou. 15**  
**Eccle. 3.** Deinde illud: Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemo-  
 syna resistit peccatis. Dicant quæso, quid his locis  
 sonet vox ista peccatis. Ex omnibus sanè, quæ sibi ip-  
 sis cogitatione fingere poterunt, nihil erit, quod in  
 hanc vocem his locis quadrare possit, præter peccati  
 poenam ad tempus (ut diximus) pendendam. Sed pergamus  
 ad reliqua. Soror Moysis Maria peccat in Moy-  
**Num. 12** sen: lepra à Deo percutitur, preces adhibet Moyses,  
 inquit: Deus obsecra sana eam. Respondet Deus:  
 Si pater eius spuisset in faciem illius, nonne debuerat  
 saltem septem diebus rubore suffundi? Separetur sep-  
 tem diebus extra castra, & postea reuocabitur. Quo  
 responso an non intelligimus cum peccati remissione  
 poenam aliquam ad tempus esse sustinendam? Denique  
 cur est, quod sæpenumero Prophetæ diuino spiritu af-  
 flati

flati à Deo summis precibus contendebant, ut inimicis  
 suis peccata non dimitteret: quorum illud potius esse vi-  
 debatur, ut diuinum nomen sceleribus violatum, placan-  
 debatur, orarentque pro se persequentibus, & calumnianti-  
 bus? Alienum quippe est, & ab omni veræ pietatis sen-  
 su remotum, existimare, optasse illos æternam suorum  
 inimitorum damnationem, & Dei aduersus eos iracun-  
 diam implacabilem: cuius natura ad indulgendum clemē-  
 tissima se ipsam exuere non possit. Proinde Paulus ob-  
 secrat, ut fieret obsecrationes, orationes, postulationes,  
 gratiarum actiones pro omnibus hominibus. Quod (in-  
 quit) bonū est, & acceptū corā Saluatoris nostro Deo,  
 qui omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionem  
 veritatis venire. Optabant igitur id quod Deū maxi-  
 mē velle præsentiebant, ut peccata (quod ad æterni cru-  
 ciatu obligationem attinet) condonarētur. De quibus  
 tamen poenā ad tēpus aliqua sumeretur: quæ tanquā salu-  
 tataris quædam Medicina, necem propulsaret, salutem  
 ascisceret, grauiorem plagam depelleret, leuiorem in-  
 ferret, hostile vulnus in amiceam castigationē commuta-  
 ret. Si quis verò has Prophetarum preces nosse cupiat,  
 præter alias multas in hanc sententiā descriptas, in Pro-  
 phetis, & Psalmis, illā animaduertat, quæ apud sanctum  
 virum Hieremiam legitur: Tu Domine (inquit) scis om-  
 ne consilium eorum aduersum me in mortem, ne propi-  
 tieris iniquitati eorum, & peccatum eorū à facie tua  
 non deleatur. Fiant confluentes in conspectu tuo, in tē-  
 pore furoris tui abutere eis. Quomodo verò essent ista  
 accipienda, & quod vindictæ genus expeteret, paulò  
 antè expresserat: Da (inquit) filiis eorum in famem,  
 & deduc eos in manu gladij, Fiant viros eorum ab-  
 que liberis, & viduæ, & viri eorum interficiantur mor-  
 te. Iuuenes eorū confodiantur gladio in prælio. Audia-  
 tur clamor de domibus eorū. Adduces enim super eos  
 latronem repentē, quia foderunt foueam, ut caperent  
 me, & laqueos absconderunt pedibus meis. Quibus

1. Tim. 1.

Hier. 10.

omnibus malis, quæ illorum sceleri tormenta sempiterna debebantur, compensari cupiebat. Atque ut istis quaestionibus exitum perueniamus, illa omittentes quæ partim ex Ioan. Baptista prædicatione, partim ex Pauli Apostoli doctrina de penitentia fructibus, & operibus commemorantur, de quibus alio loco discernimus: Dei, & Domini nostri Iesu Christi diuino testimonio causæ nostræ fidem, & auctoritatem adiungamus. Is enim cum hominem pessimè à dæmone vexatum, ἐνεπρέμενον hunc Græci, arreptitium nostrorum multi appellant, curasset; id quod eius discipuli efficere non potuerant, seorsum à discipulis ea de re rogatus, inter cætera respondit: Hoc genus non eijcitur nisi per orationem, & ieiunium. Horrendum illud quidem corporis cruciamentum hanc quam defendimus pœnam significabat: quam Christus Iesus cum sibi liberit, solo verbo imperioque suo adimit. Nos verò eandem, nisi ad fidem erga Christum, opera sancta, qualia oratio sunt, & ieiunium, adiunxerimus, nunquam extinguemus. Neque propterea egere Christum dicitur nostris operibus: qui cum voluerit, solo sermone instaurat vniuersa. Sed hanc recuperandæ sanitatis, quam explicauimus, rationem, & viam tutissimam instituit. curandisque animorum nostrorum morbis aptissimam. De patribus autem ita temerè effutiunt, ut nunquam patrum hac de re sententias legisse videantur. Itaque ad patrum libros, eos allegamus. Cum igitur ex sacris literis liquidò constet, manere semper aliquid in nobis procurandum, expiandumque sacerdotum munus in Ecclesiâ catholica est, populum suæ fidei commissum iudicare, ne iudicetur à Domino, in quo Paulo etiam auscultamus, dicenti: Si nosmetipsos diiudicaremus, non utique iudicemur. In quo iudicio ne quis decipiat, non se ipsum; sed alium sibi iudicem sumit; eum inquam, cui data est à Domino ligandi, soluendique potestas.

Mat. 3.

Act. 20.

Mat. 27

Pside 1.

4.9.

1. Cor. 11

De operum auctoribus, &amp; magistris.

L O C V S . II .

Sunt aliqui qui nos conturbant, &amp; volunt inuerrere Euangelium Christi.

A R G V M E N T . H A E R E T I C O R V M .

DEPINGIT hoc loco Paulus suis coloribus doctores operum, ex iustitiæ legis suasores; dum eos perturbatores vocat Ecclesiarum, conscientiarum atque Euangelij euersores. Tales diu Christi populum horribili seruitute oppressum tyranni tenuere; illi scilicet qui se vnos hodie catholicos doctores profitentur, ac contra nos, immò contra reuiuiscens Euangelium, quod suis penè mādaciis deleuerant, arma ferunt. Bone Deus, in quos fluctus miseras conijciunt, & miserandas hominum conscientias; quas semper hærentes, semper nutantes in eo esse iubent: an Deo suis operibus placeant, acceptique sint. Quorum prædicatione tantum abest ab Euangelij prædicatione, ut Euangelium ipsum, quod Paulus Euangelij pacis appellat, quia pacatæ sit tranquilleque conscientia ratio, & causæ, ex humanis cordibus funditus exterminet. Dicant nobis isti, vbinam in eorum Euangelio pax illa eluceat, de qua Christus Euangelij sui prædicatoribus mandauit: In quamcunque domum intraueritis, primum dicite, Pax huic domui. Et si ibi fuerit filius pacis, requiescit super illam pax vestra: Sin autem ad uos reuertetur. Dicant, vbi pax illa emineat, quam Paulus in suis salutationibus optat omnibus ecclesiis, ad quas de Euangelij negotio scribitur: quam etiam Dei pacem appellat, quæ exuperat omnem sensum, custoditque cõrda no-

Ephes. 6.

Luc. 10.

Phili. 4.

stra, & intelligentias nostras .

## R E F U T A T I O .

QVIAE QV ID hominibus istis in mentem uenit, Paulo attribunt: ut qui contra disputant non tam ipsis, quã Paulo, ac simpliciter, & aperta ueritate resistere, & repugnare uideatur. Nos autem non tam ut contra illos dicamus, quos causa religio, pietas, ueritas ipsa, bonorum, ac doctorum uirorum consensus, Ecclesia denique iam damnauit: quã ut Paulum, sub cuius ementita persona se ipsos fallacissime uenditant, ab eorum calliditate, & calumniis uindicemus, hunc scribendi laborem suscepimus. Quamobrem excutiendum hoc loco est, illi, contra quos tota hac epistula Paulus inuehitur, qui, & quales essent: ut quantum opere inter eos, & catholicos Ecclesiae doctores interesse (quod ad eam, quae de operibus Ecclesiae doctrinam attinet) nemo non intelligat. Hac igitur Epistola Paulus uerus Iesu Christi Apostolus falsos describit Apostolos, qui non solum opera Moysis lege praecipita docebant, & praedicabant: uerum etiam eorum merito, ac uia haud aliter in gratiam Christi, siue iustitiam fidei hominem adduci oportere affirmabant. At catholici doctores nulla lege, nullis operibus, nullis meritis ad haec peruenire nos docent, quae diuina tantum benignitate, & gratuito nobis contingunt. Tradunt autem, & inculcant eorum operum disciplinam, quae hanc ipsam Christi gratiam, & fidei iustitiam consequuntur, quibus in hac uita ipsa iustitia conseruatur, augeaturque; post mortem uero perficitur cum ad summam felicitatem peruentum fuerit. Illi ergo, quae lex mandata, opera, causas antecedentes fidei faciebant. Nostrae quae sine fide sunt omnia nullo loco numerant, comparantque; magnis uiribus, & cursu celerrimo praeter uiam, ubi fides non erat, Augustinus inquit: Bonum opus non erat. Ac edificabant illi absque fundamento. Nostrae praecclare

In Psal.  
31.

clare iacto fundamento, ipso summo angulari lapide Christo Iesu hoc est, fide erga Christum Iesum superae-  
 1. Cor. 3.  
 dificare docent aurum, argentum, lapides pretiosos, igne diuini iudicii, à ligno, tæno, stipula secernenda. De illis Augustinus inquit: Coeperunt nonnulli, qui ex Iudeis crediderant, tumultuari aduersus gentes, & maxime aduersus Apostolum Paulum, quod incircumcisos, & à legis ueteris uinculis liberos admittebat ad Euangelii gratiam. praedicans eis, ut in Christum crederent, nullo imposito carnalis circuncisionis iugo. De quibus item alio loco: Volebant (inquit) illi gloriam Christi euacuare, quasi frustra uenerit Christus, si iam circuncisio carnis, atque huiusmodi opera legis tantum ualebant, ut per illa homines salui fierent. Nostram uero doctrinam ex Pauli Apostoli mente, & sententia describit, cum ait: Apostolus assidue legi praeponebat fidem; quoniam quod lex iubet facere non ualemus, nisi per fidem rogando impetremus, ut facere ualeamus. Haec si uobis doctrina euerio uidetur Euangelij: an Paulus qui nunquam de fide scripsit, quae de operibus quoque tanquam cum uera, & salubri fide connexis, & aptis scriberet, Euangelium uestro iudicio non euerit? An Petrus Christianae Reipublicae columen, hac uia gradatione Euangelium non extinxit, penitusque deleuit? Ministrat in fide uestra uirtutem, in uirtute autem scientiam, in scientia autem abstinentiam, in abstinentia autem patientiam, in patientia autem pietatem, in pietate autem amorem fraternitatis, in amore autem fraternitatis charitatem. Haec enim si uobiscum adfuerint, & supererint, non uacuos, nec sine fructu uos constituent in Domini nostri Iesu Christi cognitione. Mirum uero est, quod ecclesiarum perturbationem doctrinae de operibus nostrae, tanta impudentia, atque audacia assignetis, quando nulla unquam post natos homines, in uilla ecclesia maior fuerit perturbatio, maiorque confusio, quam haec quae in omnibus ecclesiis ex nouis rebus, quibus

In exp. i-  
choata o-  
pi. ad Ro.

In ep. ad  
Galat.

De gra-  
tia & li.  
arb. c. 14

2. Pet. 1.

vos studuistis, excitata est. Et tamen pacem Christi conscientis vos afferre, magnifice iactare atque ostentare audetis, quas nostra doctrina acriter torqueri, & magna sollicitudine, ac miseria premi affueveratis. In quo quæ sit uestra calliditas, quantam ad omne scelus fenestram patefaciatis, haud facile sine diuina illustratione intelligi potest: facitis enim, ut ne leuiter quidē repugnabāt: conscientia scelera omnia, & flagitia suscipiantur. Qua quidem capitali oratione, nulla vnquam fuit ad vulgarem, popularemque sensum accommodatior: quando carni nihil magis arridet, quam suis cupiditatibus obsequendi libertas: si vmbra habere possit honestatis; & vitium si aliquam gerat similitudinem, speciemque virtutis. Vos autem omnium scelerum licentiam, non virtutis, non honestatis; sed, quod grauisimū est, pietatis, ac religionis nomine prætexitis. Sed quoniam nostram de Christiana, seu conscientiarum pace sententiā exquiritis, ex perpetuo catholicæ Ecclesiæ consensu sic habetote. Pax ista reditus est in gratiam cum Deo, per fidem in Christum; vel (vt Augustinus loquitur) reconciliatio gratiæ Dei, quæ (ut non solum facemur; sed etiam profitemur) gratuita est, & neque meritis, neque operibus, & neque opibus, neque viribus, neque sapientiæ ullius hominis debetur. Per hanc tria consequimur, quæ animorum constituunt tranquillitatem, & veram, ac solidam conscientiæ pacem. Primum est peccatorum venia. Alterum, ut appetitus sint rationi subiecti; itemque ratio diuini spiritus ductum sequatur. qua quidē in re, quæcunq; oritur repugnantia, eadem adiuuante gratia reprimitur, coërceturque. Tertium est, ut diuinæ legis mandatis iuste, & piè viuentes obtemperemus. Hanc pacem, ut qui re vera assequuntur, non vna tantum fide nitantur necesse est sed sanctis quoque & Christianis operibus. Alioqui tamen si dixerint, Pax, pax; nullam tamen intus veram sentiet, sicut ceramque pacem. Nam si qui hac pace fruuntur, pacifici illi sunt: qui (vt Dominus noster Iesus Christus dixit)

*filii*

filij Dei vocabuntur, Dei spiritu agantur necesse est. Qui enim spiritu Dei aguntur, hi sunt filij Dei. Si Christus amici, Christi mandata seruent oportet, cum Christus ipse dixerit: Vos amici mei estis, si feceritis, quæ ego præcipio vobis: & qui habet mandata mea, & seruat ea; ille est, qui me diligit. Si filij pacis sunt, hoc est, ad pacem suscipiendam, quam Euangelii prædicatores ita à Christo instituti primum omnium annunciant, & præcantur, preparati à Deo, & accommodati; requiescit super illos pax Christi, quæ esse non potest sine vehementi studio, & ardore quodam amoris erga diuinæ legis mandata. Proinde non suo, sed diuino spiritu loquebatur Dauid de hac pace cum Deo. dicebatque: Pax multa diligentibus legem tuam, & non est illi scandalum. Vos uos igitur euerlores estis Euangelii pacis, qui secus, atque in Euangelio scriptum est, ad unam fidem, hominum salutem referendam esse decernitis, ad quam Euangelium ex fide cum operibus copulata, & operibus fidei radicibus innixis ingrediendum esse docet. Ad hoc credunt, Augustinus inquit, qui rectâ credunt, ut inuocent in quem crediderunt, & valeant facere, quod in præceptis legitimis acceperunt, quoniam id, quod lex imperat, fides impetrat. Vos scelerati, ac nefarii conscientiarum proditores; quarum omnem vim sub nomine pacis, & pacis quidem Christi extinguitis: ut iam amplius nihil timeant, nullis agententur conscientiæ stimulis, qui doctrina uestra imbuti securo animo scelus omne committunt. Quorum pestiferum errorem diuina mente præuidens futurarum quoque hæresum oppugnator acerrimus Augustinus, excutiendum à cordibus religiosi docuit: ne mala (ut ait) securitate salutem suam perdant si ad eam obtinendam sufficere solam fidem putauerint: bene autem viuere; & bonis operibus uiam Dei tenere neglexerunt. Vos crudelis ecclesiarum vexatores, qui tantam in uestris Ecclesijs vastitate m fecistis, ut nulla in eis amplius patrum uestrorum summa religione, & pietate

Rom. 8.  
Ioan. 15.  
Ioan. 14

Psal. 118

Epist. 89

De fide  
& oper.  
cap. 4.

De cor.  
et gratia  
cap. 15. 2

1erem. 8.  
Matth. 5

tate hominum, sanctissima decreta atque instituta ad diuinum cultum appareant, qui filios de patrum atque auorum antiqua religione, & fide nō dubitare; sed malè planè sentire, & loqui uestris fraudibus, & insidijs coëgi stis. Qui omnia destruxistis, nihil ædificantes; omnia extirpatis, nihil ferentes: omnia dissipatis, nihil congregantes. In quo facillè apparet, Dei vos legatione non fungi, & falsos esse Apostolos: veri enim mittuntur non solum, ut euellant, & disperdant, & destruant, & dissipent; sed ut ædificent quoque & plantent. Et certè nisi audacissimis uestris conatibus obuiam itum esset, ne diuinæ quidem prouidentiae, & gubernationis fides ulla superesset.

Ierem. 1.

7. q. 13. ad fin.

## Q V A E S T I O. III.

*De liberatione à peccatis per Christi mortem, & penitentiae opera.*

## L O C U S III.

*Licet nos, aut Angelus de celo Euangelizauerit uobis præter id, quod Euangelizauimus uobis, anathema sit.*

## A R G V M E N. H A E R E T I C O R U M.

Q V I s enumerare possit, quæ tot annis à sophistis, & operum auctoribus, laudatoribusque coaceruata sunt non solum præter, sed & contra Euangelium Pauli? Illa uelidelicet omnia, quibus peccatorum absolutionem humanis quibuscunque attribuunt operibus, quæ una duntaxat Christi mortem, non alia medicina delentur. Et hæc quidem prædicatio uera est, & propria Euangelii prædicatio, præterquam reliqua omnia, quæ de peccatorum remisio-

remissione memorantur, quæneunque fuerint potestate constituta, & in Ecclesiam introducta, huius unius loci auctoritate damnamus, detestamur, execramurque tanquam contra Euangelii ueritatem, puritatemque, maxima quidem cum animarum salutis perniciæ, cupidè ad suos usus à quibusdam excogitata, & inuenta.

## R E F U T A T I O.

D E M A T E R I A Euangelii, hoc est, de rebus, quæ Euangelii prædicationi subiiciuntur, alius non multò post in his quæstionibus occurret disputandi locus. Huic uerò loco, & argumento proprium est quærere, quid sit prædicare, seu docere aliquid, præter Euangelium. Nam quod aiunt, multa in Ecclesia à nostris hominibus prædicari non solum Euangelii: est id quidem uanissimum, quo nos frequenter vexant, maledictum, de quo nunquam nominatim docere potuerunt; sed sit istud illorum linguæ maximè proprium, quæ nullus hominum absque singulari quadam ope diuina domare potest, cum sit malum inquietum, & plena ueneno mortifero. Unico quidem uerbo Ioannes Chrysostomus, magnus ille Constantinopolitanus Episcopus, expedit, quid sit præter Euangelium aliquid prædicare. Est (inquit) minimam quanquam tenuissimam earum, quæ Euangelio coartineantur; partem labefactare; scitè admodum; cum Paulus aduersus illos loquebatur, qui peruertere studebant, & deprauare Euangelium. De quibus prædixerat: Sunt aliqui, qui uos conturbant, & uolunt uertere Euangelium Christi. Doccant modò isti, quid illud sit, quod à nobis deprauetur in Euangelio. Omnia (clamant,) quibus peccatorum absolutionem humanis attribuitis operibus, quæ una Christi morte delentur. Malè ergo uestro iudicio cum Christo Iesu docemus, orandū esse, ut dimittantur uobis delicta nostra: Malè cum Christo pollicemur: Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & uobis Pater uester cælestis

Quæst. 8.

Iaco. 3.

Quæ autem  
esset hæc  
deprauatio,  
in argumento  
explicatur  
episcopo  
le ad Ga  
tias & S.  
43.

Act. 1. 4  
46.

Matt. 6.



Act. 2.

lestis delicta vestra: si autem dimiseritis hominibus, nec Pater vester celestis dimittet vobis peccata uestra: Male cum Petro Apostolorum principe, iis quorum corda pœnæ metu concussit Deus, hoc damus consilium. Pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorum: vestrarum: cum orare, iniurias remittere, pœnitentiam agere, opera sint hominum fidelium. Perinde ergo ista contra nos clamatis, quasi non semper docuerimus mortis Christi merito, fide, & sacramento nobiscum communicato, cum omnes deleri culpas, tum sempiternam illam apud inferos pœnam, perpetuosque cruciatus nostris peccatis debitos planè remitti. Eam uerò pœnam, quam ad tempus luendam esse ex sacris litteris ostendimus, illis tantummodò condonari, qui pœnitentiæ opera cum fide coniungunt: cum fide inquam, qua nos morte Christi, & sanguinis eius pretio redemptos, & cum Deo iam reconciliatos esse credimus: illud autem quàm astutè fingitis, & callidè, vt mentes ineruditas à nobis; vel potius ab ecclesia catholica auertatis: tribuere scilicet nos aliquid nostris operibus à diuina gratia, ad quam vno omnino Christi beneficio, & merito peruenimus seiuictis, & segregatis; cum ignotum vobis non esset id, quòd ex nostris scholis didicistis: omnia quæ nostris nos operibus tribuimus, ad Dei gratiam, & Christi uirtutem à nobis referri; qua quemadmodum diuinæ consortes effici-mur naturæ, ita & eam, quæ in mundo est, fugimus concupiscentiæ corruptionem, & multa possumus, quæ nostra natura nunquam potuissēmus. Sed egregiè profectò vt reliqua omnia, locum hunc circumspexit Augustinus; diuinans (ut credo) futurum id, quod sæpe antea accidisse legimus, & nunc nostris oculis videmus: interdici uidelicet catholicae Ecclesiæ ab hæreticis, huius loci auctoritate; ne quid ad ea, quæ scripta sunt, addere potestatem sibi à Deo tradita posset. Proinde ait: Non dixit Apostolus; Si quis vobis Euangelizauerit plusquam accepistis;

In Ioan.  
vr. 98.

fed

fed præterquam quod accepistis. Nam si illud diceret; sibi ipsi præiudicaret, qui cupiebat uenire ad Thessalonicenses, ut suppleret, quæ illorum fidei defuerunt. Sed qui supplet, quod minus erat, addit; non quod inerat, tollit. Quare si id, quod de pœnitentiæ operibus docemus, nudo tantum confirmaremur auctoritate fulto improbandū certè non esset. Deum enim, à quo ligandi, & sol uendi potestaté illa accepit condonandis peccatis imitari, qui si Hebræorum codicum fidem sequamur, inter cætera, quæ habet peculiararia, illud enumerat, quod indulgendo non indulget, quia quem æterno nō afficit cruciatus, ad tempus castigat, & inultum omnino esse non patitur.

Exo. 34.

## Q V A E S T I O IIII.

*De sanctarum scripturarum, & Ecclesiæ auctoritate.*

L O C V S I D E M .

*Licet nos aut Angelus de celo euangelizauerit uobis præter id quod euangelizauimus uobis, anathema sit.*

A R G V M E N . H A E R E T I C O R V M .

CLARA uoce, ut nemo tam surdus sit, qui modò uelit, exaudire non possit, prohibet, ac diuulgat hoc loco Paulus, neq; Papæ sanctarum scripturarum arbitrum esse; neque Ecclesiam ipsam, cum & se ipsum, & Angelos, superas scilicet, inferasque mentes sanctis submittat, subiiciatque scripturis, ut doceat supremam esse in cælo & in terra scripturæ; hoc est, diuini uerbi auctoritatē. Grauius hoc nostri aduersarii accipiūt; omnia ad unum Romanum Pontificem deferentes; cuius potentiam si per omnes homines, super omnes Angelos, super uer-

G bum

bum Dei esse voluit. Quo quid poterit cogitari insolentius? Neque enim in tam graui, & intoleranda arrogantia animaduertunt, Dominum nostrum Iesum Christum pro vestiganda veritate, & salutis via dignoscenda, non misisse nos ad hominis cuiusquam arbitrium, non ad multorum, qui sapientes se esse profiterentur, conciliū; sed ad sanctarum scripturarū lumen clarissimum. *Scrutamini* (inquit) *scripturas*; quia vos putatis in ipsis vitam aeternam habere, & illæ sunt, quæ testimonium perhibēt de me. Si Berænsibus, qui à Paulo tanto, atq; tali Apostolo, & vase diuino iudicio electo, vt nomen Dñi ad reges, gentes, & filios Israel deferret, Euangeliū cū omni auiditate acceperant, licuit scripturas quotidie scrutari, & quærere, an quæ Paulus prædicauerat, ita se haberēt: cur nobis fas non erit ad scripturarū normā omnia omniū hominū de fide, & moribus decreta diligentissimè perpēdere, earumq; supremū, & summum sequi iudiciū? cur integrū non erit Augustinum imitari; cuius sententiam à nobis vsurpatam quia surda transeunt aures, iterū, atq; iterum inculcare oportet; Ego (inquit) solis eis scripturarum libris, qui iam Canonici appellātur, didici hunc timorem honoremq; deferre; ut nullum eorum auctorem scribendo aliquid errasse firmissimè credam: ac si aliquid in eis offendo litteris, quod videatur contrarium veritati; nihil aliud quam vel mendosum esse codicē, vel interpretē nō assēcutum esse, quod dictū est, uel me minimè intellexisse ambigā. Alios aut ita lego, vt quantalibet sanctitate, doctrināq; præpolleant, non ideo verū putē, quia ipsi ita senserūt, sed quia mihi uel per illos auctores canonicos, uel probabili ratione quod à vero non abhorreat, persuadere potuerunt.

## REFUTATIO.

**N** V L L A certè, neque in cælo, neque in terra vis est, atque potestas supra uerbum Dei, quod sanctis cōi-  
nctur

netur scriptis, & monumentis; neque. n. vnquā Angelorum cupiam aut hominū ius fuit aut erit aliquid decernēdi cōtra uerbū Dei, quod perinde esset, atq; potestatem habere labefactandū illud, ac dissoluēdi. De quo Petrus dixit: Omnis caro, vt fœnū, & omnis gloria eius tāquā flos fœni: exaruit fœnum, & flos eius decidit: uerbū autē Dñi manet in æternum. Sed fuit profectō semper, futuraq; perpetuo est, quod ad uerbū Dei, & sanctos, ac religiosos libros attinet, duplex in Ecclesia potestas, utraq; vel maximè necessaria: quā quicumque nō agnouerunt, veneratiq; sunt, turbulenti omni tempore perniciosisque fuere homines, seditionis, & discordiæ concitatores. Altera est de libris sanctis, qui sincerū, ac nulla ratione inficiandum Dei uerbū complectuntur, quos Canonicos appellamus, statuēdi, qua utitur ne quid ad Dei uerbum addi possit: id, quod Manichæus efficere uoluit, qui libri eius, quæ Epistolā fundamenti nuncupauit, initio sic scripsit: Manichæus Apostolus Iesu Christi, prouidētia Dei Patris. Qui se Apostolum nominat, torū id, quod loquitur, diuina illustratione accepisse uideri uult, ac non sua, sed Dei uerba enunciare, ne quid irē à Dei uerbis adimi queat, quod tū crebrius, tum audaciū fecere iidē Manichæi: negare audētes quicquid contra illorū siue fidē, siue mores, ex sanctis libris à catholicis induceretur, falsos esse codices, & corruptos distitantes. At quanto deterius peccant isti, qui nunc Machabæorū librū, nunc Iacobi Epistolam, nunc Petri, aut Ioannis alterā, nunc eā, quæ ad Hebræos est, nunc Ioannis Apostoli Apocalypsim, ex quibus libris aperta contra eos oracula proferuntur, tanquā fictos, & cōmentitious contēnunt? Facit igit prima ista ecclesiæ potestas, ut quod Deus ipse mandauit, ad uerbū eius nihil addat, nihilq; ex eo auferatur. De qua ueritatis propugnator ille, ac penē patronus Augustinus cū Deo primū sic loquitur: Non sinebas me ullis fluctibus cogitationis auferri ab ea fide, qua credebā, & esse te, & esse incommu-

1. Pet. 1.

Augusti-  
nus con-  
tra Epi-  
istolā suam.  
cap. 4.Augusti-  
nus con-  
tra Faust.  
lib. 11. c. 2.Deute. 4.  
12.Pro. 30.  
Cōf. lib. eo  
cap. 7.

tabile substantiam tuā, & esse de hominibus curam, & iudicium tuū, & in Christo filio tuo Domino nostro, atq; in scripturis sanctis, quas Ecclesie tuæ catholicæ commendaret auctoritas, viā te potuisse salutis humanæ ad eam vitā, quæ post hanc mortē futura est. Faustū deinde Manichæum hac ipsa de re redarguens, atq; refellens: *Contra Faust. li. 1.* Vides (inquit) in hac re, quid catholicæ ecclesie valeat auctoritas; quæ ab ipsis fundatissimis sedibus Apostolorū vsq; ad hodiernum diē succedentiū sibi met Episcoporum serie, & tot populorum consensione firmatur. Altera est ea quoque maximē necessaria in ecclesia potestas de veris, & germanis interpretationibus, & explanationibus verbi Dei iudicandi, illis præsertim, quibus vel fidei, vel morū recepta iam, & longo vsu cōfirmata sanctorum patrū decreta, labefactari, & infringi, aliāq; vel inaudita, & recētia nouari, vel explosa iam diu, & improbata renouari vidētur. Quæ nisi esset, quō controuersie dirimerentur, quæ in verbi Dei ad propriū vniuscuiusque sensum accommodata explicatione fundantur, atque extruuntur oēs? Quō qui scripturas docendo deprauant, & ouium Christi pascua inficiunt, à bonis magistris & veris pastoribus internoscerentur? An verò qui pascendis gregibus præpositi sunt, de illorum scelere, qui passionem contaminant iudicium face re non poterunt? Nihil ergo dubitationis habet, hanc à Christo traditā fuisse ecclesie sive potestatem, qua ipse primū vsus fuerit. Cū enim de violato sabbati cultu, & obseruantia ex diuini verbi auctoritate accusaretur, quid aliud ostendit, nisi non bonos esse diuini verbi interpretes, suos accusatores, qui putarent contra diuinū mandatū facere eū, qui sabbato laborantibus succurre ret, agrisque mederetur: inquit. n. Quis erit ex vobis homo, qui habeat ouē vnā, & si ceciderit hæc sabbatis in foueā, nonne tenebit & leuabit eam? quanto magis melior est homo oue? Itaque licet sabbatis beneficere. *Ioan. 7.* Hac eadem de re alio loco sic inquit: Vnum opus feci,

&amp;

& omnes miramini. Propterea Moyses dedit vobis circumcisionem, non quia ex Moyse est; sed ex patribus; & in sabbato circumciditis hominē. Si circumcisionē accipit homo in sabbato, vt nō soluatur lex Moysis; nisi indignamini, quā totū hominē sanū feci in sabbato: Denique in illa diuinæ legis explanatione, quæ apud Matthæū legitur, illud potissimū ostendit, diuinæ legis interpretes, qui tū Scribæ, & Pharisei appellabantur, à vera cognitione, & intelligentia legis aberrare. Mox aut, vt in cælum Christus se recepit, hanc in ecclesia remā fuisse potestatem Petrus ostendit in cōcilio Hierosolymitano, aduersus eos, qui ex verbo Dei persuadere studebant; Necesse est ad salutē cōparandam circumcidi, & seruare legē Moysis: quā interpretationē, vt potē prauā, & à veritate remotā improbauit Petrus; statuens ne patribus quidē ex iugo legis intolerabili, & circumcissione contigisse salutē; sed ex fide & gratia Dñi nostri Iesu Christi. Cū aut perpetuō postea in ecclesia fuerint homines indecēti, & instabiles, qui ad suā ipsorū perditionem (vt Petrus ait) sanctas scripturas deprauarent: perpetuō quoque hanc ecclesia catholica iurisdictionē exercuit. Quod cum sanctorum cōciliorū declarant historiæ, tū maximorum Pontificum responsa ad Græcicis totius, atque Occidentis synodicas consultationes. De quibus præterea, (quæ ab Augustino prompta habemus, & parata testimonia) testatur, s. in ea re Damaso Pont. max. operam nauasse. Sed singula iā examinemus diligenter, quæ ad hanc deuitandā ecclesie potestatem in argumēto colliguntur. Christus inquit, Scrutamini scripturas. Hoc nihil ad nos: cum Iudæis est sermo, qui in eū nō credebāt, quos præclare admonet, vt & eius opera consideraret: dixerat n. Opera quæ ego facio, testimoniiū perhibent de me: & scripturas, in quibus illi omnē adipiscendæ vitæ æternæ spē collocauerant perscrutarentur, vt agnoscerent se eum esse, quē Pater in scripturis primū promississet, deinde misisset, vt credētib;

*Mat. 5.**Act. 15.**2. Pet. 3.**Epistola  
90. ad Ga  
rontiū.**Ioan. 8.*

uitam daret, & salutem. Aut si mauultis, hoc non ad Iudæos tantum; sed ad nos quoque referre: an putatis permisisse Christum omnibus, ut scripturas perscrutantes suo quisque sensu eas interpretaretur? Qui igitur hoc uobis hodie liceat quod Atrio, Sabellio, Macedonio, Manichæis, Pelagianis olim non licuerit? Qui Lutero, quod non Zuinglio? Bucero, quod non Anabaptistis? An existimatis Christi in ea sententia permittit fas esse uobis, patrum omnium, qui ab ecclesiæ exordio fuerunt, qui sunt, quisque futuri sunt, interpretationes damnare, ac uobis unis, quod impudenter facitis, diuinarum scripturarum notitiam uendicare? Quis uero posteros ab hac uestra impudenti licentia prohibebit? eodem profecto iure exemplo uestro uestra oia condemnabunt, quando uos in patres uestros tam audaces, & tam iniqui fuistis. Scilicet istud, istud inquam, uoluit Christus; ut quam ecclesiæ eriperetis de uerbi Dei interpretationibus iudicandi potestatem, eam uobis ipsi arriperetis? Scrutamini igitur, scrutamini scripturas, quis unquam hoc prohibuit? Sed uestrarum commentationum, opinionumque æstimationem, & iudicium ecclesiæ catholicæ more maiorum esse finite. Neque enim uobis lege aliqua, aut more interdicitur, ut Beræenses, uel Thessalonicenses potius æmulari non possitis, qui audita Pauli prædicatione, in qua multa ex scripturis testimonia citauerat, scripturas ipsas scrutabantur: uerum neque se ipsos scripturæ arbitros constituebant, neque ecclesiæ præteritatem derogabant, ut eam sibi arrogarent; neque quicquam aliis detrahebant, ut illud sibi tribuerent. Quid autem illud est ex Augustino sumptum, quod ipsi toties attulerint, protulerint, inculcarint: nos uero surdis (ut aiunt) auribus audierimus? Illud scilicet, quod nemo unquam negauit, nullum in sanctis libris erratum, nullum mendacium esse posse: alios uero quantumuis licet sanctitate, & doctrina excelluerint auctores in errorem rapi potuisse. Sed cum tâtopere uobis hæc Augustini sententia probetur;

quid

quid est, quod eiusdem sanctissimi patris mansuetudinem, moderationem, integros, religiofosque mores, ac sensus non tenetis, qui suos libros non primo, quem sacrosancta scriptura sola occupat; sed secundo loco numerat, in quibus labi, errare, decipi, non nunquam potuerit. Proinde non pigebit (inquit) me sicubi hæsitio, querere; nec pudebit, sicubi erro, discere. Quisquis ergo hæc legit, ubi pariter certus est, pergat mecum; ubi pariter hæsitat, querat mecum; ubi errorem suum agnoscat, redeat ad me; ubi meum, reuocet me. Qui summam sanctæ ecclesiæ tribuit auctoritatem, non modò cum inquit; Ego uero Euangelio non crederem, nisi me catholica ecclesiæ commoueret auctoritas: quem uos locuti, ut alia ferè omnia, ad uestrum arbitrium, libidineque eluditis. Sed cum ad Honoratum sic scripsit: Dubitabimus nos Christi ecclesiæ condere gremio, quæ usque ad confessionem humani generis ab Apostolica sede per successiones Episcoporum, hæreticis frustra circumlaturantibus, & partim plebis ipsius iudicio, partim conciliorum grauitate, partim etiam miraculorum maiestate damnatis, culmen auctoritatis obtinuit? Cui nolle primas dare, uel summæ profectò impictatis est, uel præcipitis arrogantie. Qui denique in rebus ambiguis, & inuolutis, ecclesiam consulendam docuit, sic inquit: Quamuis rei alicuius certè de scripturis canonicis non proferatur exemplum; earundem tamen scripturarum etiam in hac re à nobis teneatur ueritas: cum hoc facimus, quod uniuersæ iam placuit ecclesiæ, quam ipsarum scripturarum commendat auctoritas; ut quoniam sancta scriptura fallere non potest, quisquis falli metuit, alicuius obscuritate quæstionis eandem ecclesiam de illa consulat, quam sine ulla ambiguitate sancta scriptura demonstrat. Vos autem, qui ut uiri boni esse uideremini, Augustini nomen, & sententiam usurpatis, neque cum Augustino ab ullo mortalium doceri, neque ut ceteros mortales errare uos posse uultis, uestraque scripta

I. De  
Tri. c. 2.Cont. ep.  
sum. c. 5.De uera  
cre. c. 17

G 4 com-

I. TI. 3.

De præ-  
hæc.

cōmentationes, opinionones, nō verbo; sed re ipsa cū feri-  
pturis sanctis exæquat: qñ de ipsis, ne ab ecclia quidē  
Dei uiui, quæ (vt Paulus ait) columna est, & firmamētū  
veritatis, iudiciū fieri permittis. Sed erat profectō in re  
præsertim vestra Tertulliano scriptori antiquissimo ob-  
tēperandū: qui ait; Fides nostra obsequia Apostolo de-  
bet prohibenti qñones inire, nouis uocibus aures accō-  
modare, hñticū post vnā correptionē conuenire, non  
post disputationē. Ad eō interdixit disputationē, corre-  
ptionē designans cām hñtici conueniendi, & hoc unā. s.  
quia non est Christianus; ne more Christiani, lemel &  
iterum; & sub duobus, aut tribus testibus castigandus vi-  
dere; cū ob hoc sit castigandus, pp quod non sit cū  
illo disputandū. Deinde qm nihil proficiat congressio  
scripturarū, nisi planē, vt aut stomachi quis ineat versio-  
nē, aut cerebri; illa hñesis nō recipit quasdā scripturas:  
& si quas recipit, adiectionibus & detractionibus ad di-  
sputationem instituti sui interuertit, & si recipit, non  
recipit integras; etsi aliquatenus integras prætat, nihi-  
lominus diuersas expositiones cōmentata conuertit.  
Sed ne nostra taciturnitate oppressa veritas videretur,  
nō correptione modō, sed disputatione quoq; uobiscū  
agendum esse, re Christiana fore existimauius.

## Q V A E S T I O V.

De Pauli euangelio, & gratia Domini nostri  
Iesu Christi.

## L O C V S V.

Si quis euangelizauerit uobis præter id, quod  
accepistis, anathema sit.

ARGVMENT. HÆRETICORVM.

PAVLVS seuero omnes, & stricto anathemate  
diris

diris deuouet, qui prædicant, non sola fide in Christum  
iustificari hominem. Hoc etenim fuit Euangelii, quod  
Deus ante promiserat per Prophetas suos in scripturis  
sanctis de filio suo, qui factus est ex semine Dauid, fm  
carnem: quod virtus Dei est in salutem omni credenti:  
in quo iustitia Dei reuelatur ex fide in fidem, sicut scri-  
ptum est: iustus autem ex fide uiuit. Hoc illud est Euan-  
gelium, quod ab homine Paulus, neque accepit, neq; di-  
dicit, sed per reuelationē Iesu Christi. Qui ergo nos op-  
pugnant, qui pro Pauli propugnatus Euangelio, Chri-  
sto, quem Paulus audiuit, aperte, palamq; repugnant, ob-  
sistuntque. Quæ igitur tanta est hominum cœcitas, ut  
de filio Dei, alijsq; plusquam ipsi Dei filio credant? illi  
scilicet, qui ad Euangelium Pauli, quæ Christus edocue-  
rat, de suo aliquid adferre, atque addere non uerentur?  
qui Prophetarum promissiones irritas faciunt; pro salu-  
te credentium salutem inducunt operantium: pro iusti-  
tia ex fide, iustitiam ex operibus, pro iusto ex fide, ius-  
tum ex factis nobis inducunt.

Rom. I.

Abac. 2.

Gal. 1.

## R E P V T A T I O .

S A T I S superque erit hoc loco declarare, quod nō  
fuerit à Paulo annunciatum Euangelium. Nam de iusti-  
ficatione, quod auunt sola fide iustificari hominem: sæ-  
pius suum habebit in his quaestionibus differendi locū.  
Hoc enim est præclarum illud axioma, quo mirificè læ-  
tantur isti, à quo omnia sua mysteria ducunt, ad quod  
item omnia referunt, quod nusquam nō inculcant: Euan-  
gelii Pauli illud fuit, quod suis cōibus epistolis illustrat,  
ac celebrat; gratiam Christi, ad quæ gratis, & sine ope-  
ribus legis perducimur ad salutem, & uitam sempiternā  
nanciscendā, abundē sufficere. Ad gratiā verō Christi  
non vna tm fides pertinet, quæ admodū recentis ista, &  
noua Euangelii prædicatione contrahit, in angustumq; de-  
ducitur: sed & omnia illius erga genus humanum be-  
neficia,

nefcia. Inter quæ cum sint innumerabilia, vt alia aliis locis commemoranda, relinquamus; illud quod est huic diffipationi proprium, uel maximè excellent: quòd legem Dei, quæ atramento scripta in tabulis lapideis fuerat, spiritu Dei uiui in tabulis cordis humani, quas carnales appellat Apostolus, impresit; hoc est, eos, quibus per fidem peccata remisit, atque condonauit, à terrore, atque formidine per eximium, & singulare donum charitatis, ad amorem, & delectationem legis seruandæ perduxit. Quo quidem tam excellenti dono penitus accepto, planèq; recepto ex Christi beneficio, ac Dei patris benignitate, spiritu sancto iam illis astante, legis mandatis bene, libenter, iucundeque parent, & obtemperant, legem que ipsam & implent, & obseruant. Quid sunt leges Dei (Augustinus inquit) ab ipso Deo scriptæ in cordibus nostris, nisi ipsa præsentia Spiritus sancti, qui est digitus Dei, quo præsentia diffunditur charitas in cordibus nostris, quæ plenitudo legis est, & præcepti finis? Promiserat diuinum hoc, & cœlestè beneficium, inter cætera quæ ad Euangelium spectant, per Prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo clemens, & misericors pater: in quibus hæc sparsa legimus oracula: Circumcidet Dominus **Ezech. 36** Deus tuus cor tuum, & cor feminis tui, vt diligas Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, vt possis viuere. Dabo vobis cor nouum, spiritum nouum ponam in medio vestri. Dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam, & ero eis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum. Venite ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob: & docebit nos uias suas, & ambulabimus in semitis eius: quia de Sion exhibit lex, & uerbum Domini de Ierusalem. Hæc autem omnia, quæ in Prophetis operata, in Paulo aperta sunt. Nam quæ illi in tenebris, hic dixit in lumine; quæ illi umbris occulta, & quasi inuoluta significarunt mani festis hic uerbis declarauit; quæ in aure illi audierant, hic prædicauit super tecta. Nam de circumcisione cordis,

*De spiritu & littera c. 21*

*Rom. 13. 1. Ti. 1.*

*Deu. 30. Ezech. 36. Iere. 31.*

*Isaie. 2.*

*Mat. 10*

dis, quòd ea ad nos, & Euangelium attineat, planè, & perspicue ostendit, cum inquit; Non qui in manifesto Iudæus est; neque quæ in manifesto in carne est circumcisio; sed qui in abscondito Iudæus est, & circumcisio cordis in spiritu, non littera, cuius laus non ex hominibus; sed ex Deo est. Dicit autem circumcisio cordis (ut explanauit Augustinus) puram ab omni illicita concupiscentia uoluntatem, quod non fit littera docente, & minante, sed spiritu adiuuante, atque fanante. Ideo laus talium non ex hominibus; sed ex Deo est, qui scilicet, (ut Moyses dixit) Deum ex toto corde, & tota anima diligunt. Cor autem nouum an ne illud est, quod Christi beneficio habemus? qui (vt Paulus ait) traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificacionem nostram; hoc est, (vt Petrus explanauit) vt peccatis mortui iustitiæ uiuamus; uel (vt Paulus ipse optimus sui interpret) vt, quomodo Christus surrexit à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in nouitate uitæ ambulemus. De nouo autem spiritu, quæ illustrior esse poterat prædicatio, quam illa, cum essemus in carne, passionibus peccatorum, quæ per legem erant, operabantur in membris nostris, vt fructificarent morti. Nunc autem solutus à lege mortis, in qua detinebamur, ut seruiamus in nouitate spiritus, & non in uetustate litteræ. Nouum autem hunc spiritum, Dei spiritum esse, de quo Deus ipse promiserat, Et spiritum meum ponam in medio uestris; sic expressit: Quicumque spiritu Dei aguntur, ij sunt filij Dei. Sed lex scripta in corde, lex est fidei, quæ (ut Augustinus exposuit, qui non aperta modè; sed & propter acumen, ac multò magis propter diuinum lumen occultissima perspicere potuit) Charitas est: quæ plenitudo est legis, qua anima non pœnæ metu, sed iustitiæ amore legem seruat. Vias deniq; suas discipulus Christus in monte docuit, quibus instructissimos ad Euangelij prædicacionem à se dimisit, madauitq; vt de eis pariter, atq; de fide gentes instituerent, erudirentq; . Euntes

*Rom. 2.*

*De spiritu & littera c. 8.*

*Deu. 30.*

*Rom. 4.*

*1. Pe. 2.*

*Rom. 6.*

*Rom. 7.*

*Ezech. 26*

*Rom. 8.*

*Vbi sup. exp. 17. & 19.*

*Rom. 13*

*Mat. 5.*

*Mat. 23.*

docete

docete (inquit) omnes gētes, baptizātes eos in nomine Patris & filii & spiritus sancti; docentes eos seruare quae cunctae mandauit vobis. Videtis (vt opinor) si oculos habetis, quibus haec videri possunt in Euangelio Pauli, immo Christi, haec omnia contineri. Nō vnū illud vestrū axioma; sola fide iustificari hominē. Etenim nisi eēt fidei circumcissionem cordis, cor nouum, spiritum nouū, lege in corde scriptā, ambulationē in via mandatorū Dei; & vno vt verbo cōplectamur omnia. charitatem adiuuauerimus: non erit fides ab Apostolo praedicata: quae sine charitate operatur. De qua dixit Augustinus; non auferret peccata, nisi gratia fidei, quae per dilectionem operatur. proinde neq; iustitia, neq; salutis efficiēs. Nā charitas (ut Augustini eūdem verbis vtar) verissima est plenissimaq; & perfectissima iustitia ex fide in fidem Exiit, quia eius origo, & fundamentum fides est. non enim datur nisi credenti. Itaque Euangelium Dei virtus est in salutem omni credenti. In fidem, hūc enim habet ista iustitia in hac vita terminum, ultra fidem non progreditur: iustus enim ex fide viuet. Per fidem. n. ambulamus. At vbi ad beatam illam, & sempiternam vitam peruentū erit, iam non amplius cum fide; sed cum plena, & clara Dei ac bonorum omnium cumulata notione charitas ipsa copulabitur. Hanc ergo iustitiam quicumq; non agnoscunt, Dei gratiam abiiciunt, Diuinas promissiones attendant, iustitiam ex fide imminuunt, iustum ex fide perfectē non definiunt. Nos verō qui haec praedicamus, merū Pauli praedicamus Euangelium: de illius sententia, quoniam sint reuera credentes, quae ex fide iustitia, qui ex fide iusti, dilucidē, ac perspicuē explicantes.

## Q V A E S T I O V I .

*De rationibus, quae contra haereticos à perpetuo Patrum, & Ecclesiae consensu ducuntur.*

Locus

## Q V I N T A .

109

L O C V S . V I .

*Modo hominibus suadeo an Deo.*

A R G V M E N T . H A E R E T I C O R V M .

A P P A R E T hoc loco, quam infirma contra nos sint, & nugatoria, quae ex auctoritate patrum, & perpetuo (vt aiunt) Ecclesiae consensu deriuantur argumenta. Paria certē, & similia sunt calūniis quibus falsi, & veteratorii Apostoli Galatarū circūscriptores aduersus Paulū vtebātur, quae oēs Petri, ac caeterorū Apostolorū auctoritate fulcebantur. Pauli igitur exemplo ad illa omnia sic respondemus. Siue Cyprianus, Ambrosius, Augustinus: siue Petrus, Paulus, Ioānes: siue Angelus à caelo aliter, ac nos docuerit, doceatque: certum tamē nobis est, & exploratum, qd diuina suademus non humana; quae tā animo videmus, quā ea, quae oculis cernimus.

R E F V T A T I O .

V E H E M E N T I V S certē hoc loco agendū esset, quā mea fuerat in omni disciplinarū genere tenuitas, ac summa verborū inopia, qui ab eloquēdi facultate, & copia vsq; adeo sū inops, vt cogitata mētis exprimere vix possim. Sed quae tāta esse posset dicēdi aut scribēdi vis, tātaq; copia, quae ad orōnis huius insolentiā, & arrogantiam cōprimēdā satis esset, quae nulla vnquā audita est in ecclesia magis indigna, magisq; intolerāda. Paulo primū pares se faciūt, qui posuē a Deo sunt praedicator, Apostolus, & doctor gentium, in fide, & veritate. Patribus deinde omnibus se praeferrunt; quorum alii sanguinis effusione testimonium dedere veritatis. Seneca alii uitae, & morum innocentia praediti, à Deo uocati ecclesias administrarunt, & pro ueritate, & animarum salute aduersus haereticos, semper accerrimē propugna-

1. T. 2.

pugnarunt. Hos omnes isti, qui nulla vocatione, nullo grauiore testimonio, nullo insigni iudicio in verbi ministerium irrepserunt, cōtemnere, atque infra se ducere pertinaciter audent. Quorū audacia non verbis, & disputationibus sed vinculis refrænanda erat, & carceribus. Sed quod nostrum est, agamus. Primum in hoc argumento vitiosum illud est, quòd hoc loco non id agit Paulus, quòd illi attribuunt, verum ostendit in Euangelio prædicatione Dei à se gratiam quarri, & non hominum benevolentiam. Neque enim (vt fingunt) loquitur, diuina suadeo non humana. Sed (vt illis ipsèdē vtamur verbis) quæ ille scripsit *ἀνθρώπους πείθω ἢ τὸν θεόν*, inquit. Quod quidē explanans subiungit *ἢ ζήτησιν ἀνθρώπων ἀρέσκειν*. Sed esto ea sit Pauli hoc loco oratio, & sententia, quæ illi attribuunt, quando nulli dubium esse potest id, quod ipse multis locis aperte explicat, diuina illum prædicasse, non humana. Alterum erit in argumento vitium, quòd Pauli orationem deprauata quadã imitatione usurpât: illius enim verba tantum expriment, cum res, atq; causa tota alia sit. Falsi nanque Apostoli, Petri, & aliorum Apostolorum auctoritatem fictē, & fallaciter Paulo opponēbant, qui nihil ab illis diuersum, nihil disinctum, vel sentiebat, vel docebat. Cum quibus Euangelium suū cum contulisset, contra quidem illi nihil dixerant, quin porrecta dextera, ea lege coniuncti, consociatiq; sunt, vt illud idem Euangelium in Iudæa illi; Paulus verò apud alias nationes prædicaret. Nos verò omnia patrum testimonia, quibus ad istorum, aut noua, aut potius diuina dogmata refellenda, nostra quæ, id est antiqua, & catholica comprobanda vtimus; non fictē, fallaciterue detortas; sed verè, fideliterque citata ex eorum monumentis, & scriptis proferimus in medium, & id quidem ipsi confiteantur necesse est: nam seditionis initio magnis clamoribus à Papa ad consilium posteriorum Theologorum sententiis ad patres cum appellassent; postea verò animaduertissent, quantopere ab omnibus illorum

Sal. 2.

cogi-

cogitationibus, purissima patrum doctrina, & consiliorum sanctissima decreta abhorrerent: statim & Conciliorum, & Patrum verisimum sapientissimumque iudicium fugere, atque horrere cœperunt illos ipsos iudices, quos sibi delegerant deridentes, & contemnentes. Pugnat contra Pelagianos Augustinus sanctarum scripturarum testimoniis, quas cum videret ab illis labefactari, & in alienos sensus flecti, & detorqueri; auctoritate agit sanctorum totius Orientis, & Occidentis Episcoporum: quorum iudicio quantum tribuendum sit, in hac quoque; quã nunc agimus causa eius nos oratio docebit. Omnes (inquit) iudices ab odio, amicitia, inimicitia, ira, vacuos esse decet. Pauci tales poterunt inueniri, sed patres: quos commemoravi, tales fuisse credendum est. Verū et si tales non fuerint in his causis, quas ad se de latas, & inter partes cognitatas cum hiciuerent, suo iudicio definierunt; ad hanc tamen causam tales erant. Quando de illa sententias protulerunt, nullas nobiscum uel vobiscum amicitias attenderunt; vel inimicitias excrucuerunt. Neque nobis neque vobis irati sunt; neque nos neque vos miserati sunt. Quod inuenerunt in ecclesia, tenuerunt; quod dixerunt, docuerunt; quod à patribus acceperunt, hoc filiis tradiderunt. Nondum vobiscum apud istos iudices aliquid agebamus, & apud eos acta est causa nostra; nec nos, nec vos eis noti fueramus; & eorum pro nobis latas contra vos sententias recitamus. Nondum vobiscum certabamus; & eis pronuntiatis vicimus. Quæ omnia non magis pro Augustino sunt contra Pelagianos, quam pro nobis, immò pro catholica Ecclesia contra istos, qui & scripturas sanctas peruersa interpretatione deprauant, & Patrum, ac sanctorum Conciliorum auctoritatem repudiant: vt foli recta, & uera sapere uideantur. In quo vt omnium verò hominum stultissimi, ita arrogantissimi.

Li. 2. con  
tra Iul.  
cap. 10.



## QV AESTIO VII.

*De lege charitatis, quomodo ad euangelium per  
vincat.*

## L O C V S V I I .

*Cum placuit ei, qui me segregauit ex utero ma-  
tris meae, & uocauit per gratiam suam, ut  
reuelaret filium suum in me, ut euangeliza-  
rem illum in gentibus.*

## A R G V M E N . H A E R E T I C O R V M .

**E**UANGELIUM est patefactio filii Dei, per quem Deus, promissionem omnium suarum summam fauiste, feliciterque compleuit. Qua de re alio loco legimus: Quae mihi fuerunt lucra, haec arbitratus sum propter Christum? Audi quomodo explicet, Propter eminentem inquit scientiam Iesu Christi Domini mei, si ex eo quaeras, quae ista sit adeo excellens, & singularis scientia; fides respondet, ad cognoscendum illum, & uirtutem resurrectionis eius, & societatem passionis illius. Non recte ergo ex Euangelio, siue ex hac Christi per fidem cognitione legem fecere charitatis; Euangelium in legem, fidem in charitatem; Christum in Moysen, noua in uetera conuertentes.

## R E F V T A T I O .

**E**ST quidem certe Euangelium notio filii Dei, hoc est, (ut antea explicauimus) omnium gratiarum, atque beneficiorum, quibus à Deo per Iesum Christum filium eius donati sumus. Proinde Paulus in Euangelii praedicatione

oratione egregius: Nos (inquit) non spiritum huius mundi accepimus; sed spiritum, qui ex Deo est, ut sciamus quae à Deo donata sunt nobis, quae & loquimur non in doctis humanae sapientiae uerbis, sed in doctrina spiritus, spiritualibus spiritu alia comparantes. Petrus quoque hanc eandem cognitionem, quam Euangelium esse dedimus; illis operatur, & precatur, ad quos secundam scripsit Epistolam, inquiens: Gratia uobis, & pax adimpleatur in cognitione Dei, & Christi Iesu Domini nostri. Quo modo omnia nobis diuinae uirtutis suae, quae ad uitam, & pietatem donata sunt per cognitionem eius, qui uocauit nos propria gloria, & uirtute, per quam maxima, & pretiosa nobis promissa donauit, ut per hoc efficiamini diuinae confortes naturae, fugientes eius, quae in mundo est, concupiscentiae corruptionem. Est autem inter haec dona ab Euangelii praedicatoribus illud egregie commendandum, quod non modo peccata; quae contra legem commisimus, nobis condonauerit; sed & diuinum plane donum charitatis, copiose, liberaliterque largitus fuerit quo legem deinceps implere possemus. Consequens autem est, ut qui haec annunciat, de praecipis quoque Christi, quae una charitatis lege continentur omnia; & ad Christianae uitae constitutionem faciunt, explicet: ut non modo sciamus, quae donata sunt nobis; sed quae agenda, quaeque deuitanda: quibus diuinorum munerum in omnes uitae partes rectum usum addiscimus. Non ergo ex Euangelio legem facimus charitatis, ut dolose nos isti calumniantur; sed Euangelium integrum, cognitionem Christi integram, nulla ex parte imminutam tradimus: quae uidelicet dona, quae mandata, quae promissa à Deo per Christum acceperimus, explanantes. Quod in primis accuratissima diligentia facere quatuor illi sancti uiri, qui à spiritu sancto edocti Euangelia scripserunt: patres, ac maiores nostri secuti sunt: nos per eadem quasi uestigia ingredienti imitatur. An uero illa ad Euangelium nihil oino pertinent? Mandatum nouum do uobis, ut diligatis

1. Cor. 2.

1. Pet. 2.

1. Cor. 2.

1. Cor. 3.

H inuicem

Ephes. 4.

inuicem, sicut dilexi vos, ut & vos diligatis inuicem. In hoc cognoscet omnes; quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem. An ad Christi cognitionem, Pauli admonitio illa, & testificatio nihil facit? Dico, & testificor in Domino, ut iam non ambulatis, sicut & gentes ambulant in vanitate sensus sui, tenebrisque obscuratum habentes intellectum, alienati a vita Dei per ignorantiam, quae est in illis propter caecitatem cordis ipsorum; qui desperantes semetipsos tradiderunt impudicitiae, in operatione immunditiae omnis in auaritia. Vos autem non ita didicistis Christum; si tamen illum audistis, & in ipso edocti estis: sicut est veritas in Iesu, deponere vos secundum pristinam conuersationem veterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris: & quae in ea Epistola sequuntur, ferè omnia eò potissimum spectant, ut ostendant non ueram

† feda

1. Ioa. 4.

CHRISTI notitiam adeptum esse eum, qui charitatis leges, quibus Christianorum hominum mores conformantur ignorat. Malè credo istorum sententia, de Euangelio Ioannes Apostolus merebatur, cum hæc scriberet: Charissimi, diligamus nos inuicem; quia charitas ex Deo est: & omnis qui diligit, ex Deo natus est, & cognoscit Deum; qui non diligit, non nouit Deum; quoniam Deus charitas est. Sed qui charitatem ab Euangelio seiungendam putat, Augustinum audiat, qui, intueamur (inquit) quod ait Apostolus: Plenitudo legis, charitas. Vbi ergo charitas est, quid est, quod possit deesse? Vbi autem non est, quid est quod possit prodesse? Dæmon credit, nec diligit. Nemo diligit qui non credit: frustra quidem: sed tamen potest sperare ueniam, qui non diligit. Nemo autem potest desperare, qui diligit. Itaque ubi dilectio est; ibi necessario fides & spes; & ubi dilectio proximi, ibi necessario etiam dilectio Dei. Qui enim non diligit Deum, quomodo diligit proximum tanquam se ipsum, quando quidem non diligit & se ipsum?

Super Io.  
17. 83.

QVAE-

De traditionibus, quas humanas haeretici appellant, easque tanquam uitia à Deo tolerari affirmant.

## LOCVS VIII.

Post annos quatuordecim ascendi Hierosolymam, & contuli cum illis Euangelium quod praedico in gentibus.

## ARGVMENT. HAERETICORVM.

TOTANNIS, quot hoc loco legimus; ac multò etiam pluribus, Iudæorum imbecillitatem tolerauit Deus; ut scilicet pro lege, quam diuinitus acceperant, & pro veteri consuetudine, in quam se penitus immerferant, tanto studio, & contentione dimicarent: donec Euangelii doctrina à lege tanquam ab occidente littera spiritus uiuificans sensum, ac pedetentim purè segregaretur. Quid ergo mirum, si animorum quoque nostrorum infirmitatem, in tuendis, ac mordicus tenendis humanis traditionibus, quae nihil ad salutem faciunt, & Euangelium obscurant; tam diu tulerit, tamque patienter sustinuerit? Patiens enim est, & multum misericors.

† 15.

2. Cor. 3.

Exo. 34

## REFVATIO.

IN DAEORVM obstinatum de lege sententiam, cum Euangelio esset, & fidei perniciosissima, mox Deus ab Ecclesia sustulit, partim diuina uisione Petro obiecta, de Cornelio Cæturione; partim aperta Petri ipsius, ac Pauli praedicatione: concilio denique Hierosolymita-

Act. 21  
15.

H 2 no;

*Epistola*  
21.

nos; in quo ( ut inquit Hieronymus ) Petrus princeps fuit huius decreti, legem post Euangelium non esse seruandam. Quod si non omnes ab ea statim sententia discessere; sed pertinaci pro ea contentione, diu, multumque disputarunt: id quidem minime mirum uide-

*Rom. 10.*

ri debet; quando non omnes quoque obediunt Euangelio. Doctrina uero catholica, quam uos humanarum traditionum nomine infamare, & extinguere studetis, cum à prima inceptit Ecclesiae institutione; & ad nostra usque tempora nouis semper sanctorum Patrum, & Conciliorum decretis roborata perseverauerit: quomodo tanquam uitiosa à Deo tolerata cogitari potest, ac non tanquam sancta, & salutaris diuina auctoritate confirmata potius, & approbata? Quid. n. sunt ( si temporis spectemus diurnitatem ) anni quatuordecim ad mille, & quingentos? possumus quidem possumus de Ecclesiae catholicae doctrina decretis, & traditionibus cum Ricardo uiro sanctissimo audacter, libereque Deo dicere: Domine si error est in nobis, à

*De Trin.*  
*lib. 1. ca.*

2.

te ipso decepti sumus. Nam ista tantis signis, & prodigiis confirmata sunt, & talibus, quae non nisi per te fieri possent, & certe à summæ sanctitatis uiris nobis tradita sunt, cum summa, & autentica testatione probata, te ipso cooperante, & sermonem confirmante, sequentibus signis. Possumus quoque aduersus istos Tertulliani contra Marcionem uerba usurpare. Aiunt ( inquit ) Marcionem non tam innouasse regulam, separatione legis, & Euangelii, quam retro adulteratam recurasse. O Christe patientissime Domine; qui tot annis interuersionem praedicationis tuae sustinuisisti; donec scilicet tibi Marcionem subueniret. Sed iam uideo tanto conatu, tantoque studio quid agatis. De diuina prouidentia quaestionem longo interuallo intermissam reuocatis.

Quae enim ea esse potest, si quod struere uos, ac moliri minime obscurum est, id uobis ex sententia successerit? ut psuadeatis in Christiana religione, in qua una salutis

salutis est adipiscendae uera, & certa ratio, ac uia tot à uobis in unum congestos errores, tot laeculis, in tam longa doctorum, & sanctorum Patrum serie ac successione, in tanta populorum, ac nationum fide, & constantia, Deum tolerasse, indiesque augeri, cumulari, & crescere, cum uideret sustinuisse. Quid dico, sustinuisse? immo modis omnibus confirmasse, ratosque; & gratos habere monstrasse. Quae obsecro prouidentia fuisset, si triginta, aut ad summum quinquaginta annis puram ( ut uos uultis ) sanamque doctrinam conseruasset Euangelicam: quam repente corruptam, ac deprauatam postea per tot aetates, ac saecula, per mille nimirum, & quingentes annos perpetuos ad uestra usque tempora decurrere passus esset? Deum fortasse poenitebat collati in humanum genus beneficii? ut igitur uno uerbo uestram totam scholam explicemus, uestra omnia mysteria patefaciamus: hoc sine dubio studetis: hoc uestra mens, aut potius amentia cogitat, atque molitur; ut populo, cuius minima auctoritas, maxima uis est, probetis, praeter uos uos, post Apostolos neminem ne scintillam quidem uidisse ueritatis. Sed de uestra singulari in hac re temeritate atque dementia longius disputare, esset profecto dementissimum, cum hoc uno quo utimur de diuina prouidentia argumento uestra iaceant omnia. Haec igitur tam diu tolerasse, non diuinae misericordiae, & patientiae, sed odii implacabilis, atque iracundiae acerbissimae profectò fuisset. Quare Gregorius Nazianzenus acutus sanè & diligens, ac spiritu sancto plenus Theologus nos doceat, quae obrect, & circumspecte, & alias quasdam legis caeremonias aliquatulum, dum initia, & quasi semina ponerentur, Euangelii tolerarit Deus. Inquit. n. duae uitae humanae mutationes cum a uo extiterunt, uel cum primis illustres, quae, & duo testamenta, & nimirum ob rei magnitudinem, terramotus appellantur. Harum altera animos hominum ab simulacris ad legem, altera à lege ad Euangelium traduxit. Porro in utroque testamento idem accidit. Quid hoc, inquit?

*Orat. de*  
*spiritu*  
*sancto.*

Hoc nimirum, quod nō semel, & uniuersim, nec primo statim conatus impetu mutatio est facta. Et id qua gratia? Nam hoc scire refert, ut ne ui traheremur; sed suauiter duceremur. Quicquid enim coactum est, diuturnum non est; id, quod exemplo suo indicant, vel flumina, si vi reprimantur; vel plantæ, si præter ingenium insectantur. Voluntarium autem quod est, tum diuturnum est, tum etiam tutius. Et illud quidem est compellentis, hoc verò nostrum; cum hoc æquitatis diuinæ, illud autem tyrannicæ potestatis. Non enim conuenire putabat iniuitis benè esse faciendum; sed uolentibus esse commodadum. Quamobrem Pædagogiq; mediciq; more ex patria religione dum alium abrogat; aliud verò concedit; non nihil pristinū ritus, quod uoluptati sit, ipsis permittit; non aliter atque medici ægrotantibus facere solent, huc spectantes, ut medicina alioquin acerba, dulcore aliquo ad artis præscriptum temperata æquioribus animis recipiatur; neque enim in procliu est, religionem consuetudine, ac tempore longo corroboratā immutare, ac uero (ut quæ dixi) apertius intelligantur, prima mutatio sublatis simulachris, uictimarum sacrificia concessit. at secunda cum uictimas sustulisset, circumcisionem non prohibuit. Deinde ubi arrogationem iam semel receperant, progressu temporis illud quoq; quod concessum obtinuerant, cessere uoluntarii: illi quidem uictimas; hi autem circumcisionem. Hac arte ex gentibus quidem facti sunt Iudæi; ex Iudæis uerò Christiani; nimirum paulatim, & mutatione facta per partes, pia quadam uasricie ad Euangelium perducuntur. Huius rei fidem faciebat tibi Paulus, qui cum circūcisionem, purificationemq; admisisset; tamen eò procel sit, ut sic diceret: Ego uerò fratres (inquit) si circūcisionem prædico, quid amplius persecutionem patior? Illud enim consultò pro tempore concessit, hoc uerò ad perfectos attinet. Ecce habes qua ratione tolerarit Deus inter initia prædicationis Euangelii circūcisionem,

nem,

nem, aliasq; id genus, legitimas quasdam cæremonias, ut nemo non intelligat, totam hæreticorum rationem commentitiam esse, ac nihil simile afferri posse de nostris, hoc est, sanctæ catholicæ Ecclesiæ sanctis ritibus, & institutis; cum nulla nunc insignis appareat mutatio, neq; præterea vlla expectanda sit, præter eam, de qua ille idem Gregorius. Sed & de tertio motu per Euangelium docemur: quo uidelicet ab his sensibilibus eò uia nihil mouetur, concutitur uel, traducemur.

## QV A E S T I O I X.

*De comparatione circūcisionis, cum ieiunio, electione mosynæ, & alijs bonis, & sanctis operibus.*

## L O C V S I X.

*Neque Titus qui mecum erat, cum esset gentilis, compulsus est circūcidi.*

## A R G V M E N T. H A E R E T I C O R V M.

CIRCUNCISIO non fuit reiecta tanquam res mala, siue damnata, qua ad tempus uti poterant Iudæi: illi inquam, qui Euangelium susceperant, fessiq; fuerat Christi seruatoris sacris initiati. Hoc aut Apostolorū permittū factum est, uel ob reuerentiam aduersus patres: est. n. (ut Christus inquit) circūcisio nō ex Moyse tm; sed ex Patribus; uel ob charitatem erga infirmos fratres: quorum non erat adhuc robusta satis, & stabilis fides; atq; offendi ideo, labare, & uacillare facile poterant: reiecta igitur fuit tanquam ad iustitiam capesendam non necessaria. Quid ergo est, cur maledicti, & nefandi sceleris loco nobis obiciant, cui ieiunia, & alias pias exercitationes non reuicimus; tanquā res dā-

H 4 nata,

Ioan. 7.

naras, & omnino inutiles; sed tanquam non necessarias ad impetrandam ueniam peccatorum.

## REFUTATIO.

**Q**UOD de circumsione dicitur; quæ tametsi sensim, ac leniter, in perpetuum tamen abroganda erat: ad ieiunia, elemosynas, preces, aliâq; id genus opera, quæ Christus, & Apostoli docuerunt transferri, nisi stultè admodum, & ineptè non potest. Illa nanque patribus character tantum fuit iustitiæ fidei; hæc ab ipsa manant, & fluunt iustitia fidei, quæ charitas est. Illa in Christo Iesu, hoc est, ad salutem adipsendam nullius erat ponderis. hæc in quibus posita est obseruantia mandatorum Dei, ad salutem, & vitam æternâ ingressum parant. Illa nullam habebat in cœsis repositam mercedè, hæc copiosam habitura sunt remunerationem: reddet enim Deus unicuique iuxta opera sua. Illa ad laborem pertinebat, & onus, ac iugum legis intolerabile; hæc ad iugum suaue, & leue charitatis. De quibus quatenus ad impetrandam peccatorû ueniâ, & faciât, & necessaria sibi: quanquã satis mihi videor superius dixisse; attamè, ut toti huic qõni abundè satisfactum sit, præter ea, quæ Cyprianus docuit in sermone de Elemosyna; ex Basilio quedam, Augustino, & Chrysolstomo in hunc locum congestissimus. His utitur uerbis magnus Basilius, cum de pœnitentia loquitur: Non est subuersa Niniue, pœnitentiam enim egit. & paulò post: Propheta, qui ad ferendam condemnationis sententiam missus fuerat, audiuit à Deo. quoniam precatus est Achab, minas ueritus, quæ illi minatus sum, in diebus ipsius non euenient. Et cum in diuites auaros: Nonne uides Niniuitas pœnitentes, ac flêtes, ob q̄ ipsi admiserunt, ad Ionæ, ex ceti vètre exeûtis, exclamationes, monitione se nò solû infantes in mediû aculisse, sed ipsos ante omnia in peccatis, & deliciis constitutos parentes uitam exuentes pristina,

nam, ieiuniis, & abstinentia sese afflictaffe; loco deinde auctarii, & infantes addidisse, ac pati simul, si re q; coegisse: ut luctus omnem ætatem occuparet, & sensu præditam, & sensu carentem; hanc coactam, illam voluntariam, ex quo misericors Deus, ipsos fastus luxumq; ponentes, & humilia sentientes, animaduertens & minas remisit, & pœnas, quas daturi erant, auertit: & loco calamitatis lætitiâ, hilaritatèmq; publicam tribuit. At in sermone de ieiunio, pœnitentia citra ieiunium vana est: terra nanque execrabilis sentes, ac tribulos tibi parit. Ad ludendum non in deliciis agitandum constitutus es. Per ieiuniû Deo satisfacias. Cum deniq; quarit, quò pœnitendû sit de vnoquoque peccato: sic respondet, induendus est affectus eius, qui dixit: Iniquitatem odio habui, & abominatus sum; & facienda, quæ sunt in sexto Psalmo, & multis aliis dicta, & quæ ab Apostolo sunt, iis qui s̄m Deum alterius gratia qui deliquerat cõtristati erant, testificata. Nâ ecce (inquit) quod s̄m Deû contristati estis, quantam vobis peperit sollicitudinem, immò satisfactionem, immò indignationem, immò desiderium, immò vindictâ. In omnibus commendatis vos ipsos, quòd puri sitis in eo negotio. Deinde quod pristino delicto contrarium est abundè est præstandû, què admodum Zachæus fecit, Et hoc in vna re, & vno verbo explicatû latissimè patere, & ad omnia peccatorû genera esse transferendû; sic ostendit Ioannes cognomento Chrysolstomus. Facite fructus dignos pœnitentia. Quò fructificare poterimus? si vtiq; peccatis aduersa faciamus. Aliena rapuisti: incipe donare iam propria. Iongo es tempore fornicatus? à legitimo quoque vsu suspendere coniugij, ac perpetuam continentiam sapius paucorum dierû castitate meditare. Iniuriam vel opere cuiquam, vel sermone fecisti? refer benedictionis verba, conuitiis, & percutientem te; nunc officiis, nunc èt beneficiis placare cõtende. Neque enim vulnere tato sufficit ad salutem spicula de corpore euellere, sed etiam

Quæst. 5.  
cõtra P. s.  
118.

2. Cor. 7.

Luc. 19.

In Mat.  
Hom. 5.

etiam remedia oportet adhibere vulneribus. Delictis antea, & temulentia disfluebat: ieiunio, & aquae potu utrunque compensa, ut famem superes immincrem. Vidisti impudicus alienum decorem oculis: sceminam iam omnino non videas, maiore tactus cautione post vulnera. Augustinum nunc quo vno defensore causam hanc obtinere possumus, quam enucleare de ea loquatur, audiamus. Cogitur (inquit) homo tolerare etiam remissis peccatis; quamuis ut in eam veniret miseriam, primum fuerat causa peccatum. Productior est enim poena, quae culpa; nec parua putaretur culpa, si cum illa finiretur & poena, ac per hoc vel ad demonstrationem debite miseriae, vel ad emendationem labilis vitae, vel ad exercitationem necessariae patientiae temporaliter homine detinet poena, etiam quem iam ad damnationem sempiternam reum non detinet culpa. Si de poena primi peccati, quod originale appellamus, haec fuit Augustini sententia; ut post Baptismum maneat, in quo pretiosissimo Christi sanguine toti abluti sumus, & purgati; qui tam amens sit, ut vereatur eos, qui tam magnae Dei gratiae ingrati in peccata reciderint, & spiritum sanctum quo signati sunt in die redemptionis contristauerint, quamquam per poenitentiae sacramentum in gratiam restituantur grauioris alicuius poenae reos esse faciedos. Qua de re Augustinus quoque dum communia recenser sanctae catholicae ecclesiae dogmata, plane, & dilucide his verbis commemoravit. Quem mortalia crimina post Baptismum commissa premunt, horror prius publica poenitentia satisfacere, & ita sacerdotis iudicio reconciliatum comunioni sociari, si vult non ad iudicium, & condemnationem sui Eucharistiam percipere. Sed & secreta satisfactione solui mortalia crimina non negamus. Sed mutato prius saeculari habitu, & confesso religionis studio per vitae correctionem, & iugi, immo perpetuo luctu, miserante Deo, ita duntaxat, ut contraria pro his, quae poenitet agat, & Eucharistiam omnibus

Dominicis

Dominicis diebus, supplex, & summissus vsque ad mortem percipiat. Ad hanc quoque sciendam, decernendamque poenam non est praeter eundem, quod Augustinus sermonem Domini, illum, inquam, qui apud Lucam legitur: Scriuus, qui cognouit voluntatem Domini sui, & non fecit: vapulabit multis, qui autem non cognouit, & fecit digna plagis, vapulabit paucis; sic interpretatur: ut neutrum ad sempiternam poenam; sed alterum ad leuiorem, ad seuiorem alterum referat castigationem; inquit enim David patriarcha, diuina electione probatus, atque laudatus cum alicuae coniugis amore percussus, etiam maritum eius decipiendum, necandumque curauit. de quo tamen scelere, cum esset primo sua, deinde Prophetiae voce damnatus, poenitendi humilitate, & peccati confessione liberatus est. Sed plane vapulauit multis, & exemplo suo docuit intelligi non ad sempiternam poenam; sed ad seuiorem disciplinam pertinere, quod dictum est à Domino: Qui nouit voluntatem Domini sui, & facit digna plagis, vapulabit multis. Ad hoc etiam maxime facit, quod summus hic catholicae veritatis doctor asseruit: Pro peccatis cuiusque fieri in Baptismo mortis Christi sanctum & solenne sacrificium. Eum vero, qui post hanc expiatione peccauerit, hoc eodem manente fundamento, in poenitentia sacrificium esse faciendum cordis contriti, & humiliati, quod (ut vates non tam doctus, quam expertus inquit) Deus non despiciet.

Exp. in-  
choa. ep.  
ad Rom.

### QVAESTIO X.

De peccato quod contra pontificum leges committitur,

#### LOCVS IDEM.

Neque Titus qui mecum erat, cum esset gentilis, compulsus est circumcidi.

ARCV.

In Ioan.  
Tr. ult.

De re cl.  
dog. c. 53

CIRCUNCISVM, incircuncisumve esse, neque peccatum est, neque iustitia; neque rectè factum, neque perperà. Timotheo enim neque peccatum fuit, neq; iustitia circuncidi, Titoq; non circuncidi Edere & bibere cum sint humanæ vitæ necessaria; neque in bonis, neque in prauis rectè numerantur. Similiq; modo in Põtificum legibus, aut seruandis, aut non seruandis neq; culpa inest vlla, neque promeritum, etsi sit ascripta (vt ferè solet) damnationis aeternæ comminatio. Nam si in Pontificiis legibus, aut salus, aut damnatio, aut vita, aut mors posita sit; Christo seruatore quid egemus?

## REFUTATIO.

NE QVÆ inter rectè, neq; inter improbè facta circuncisio eo quidem tempore enumerabatur, quo Paulus Timotheum circuncidit, Titum verò incircuncisum reliquit; eratque prorsus circuncisio talis, qualem vos eam, vt Iudæorù quoque incircuncisus auribus aliquid dare videamini, nunc esse vultis. Cuius rei non modo iustam fed etià necessariam causam attulit Augustinus: Timotheum (inquit) Paulus circuncidit, propterea, ne Iudæis, & maximè cognationi eius maternæ, sic videretur, qui ex gentibus in Christum crediderant, detestari circuncisionem, sicut idololatria detestanda est: cum illam Deus fieri præceperit, hanc Sathanas persuaferit: & Titum propterea non circunciderit, ne occasionem daret eis, qui sine illa circuncisione dicebant credentes saluos esse non posse, & ad deceptionem gentium, hoc etiam Paulum sentire iactarent. Quod ipse satis significat, vbi ait; Sed neque Titus, qui mecum erat, cum esset Græcus, compulsus est circuncidi: propter subintroductos autem falsos fratres, qui subintroierant perseruati libertatem nostram, vt nos in seruitutem redigerent; quibus

quibus nec ad horam cessimus subiectioni, vt veritas Euangelii permaneat apud vos. Hic apparet, quid eos captare intellexerit, ut nõ faceret, quod in Timotheo fecerat, & quod ea libertate facere poterat: qua ostenderat, illa sacramenta, nec tanquam necessaria debere appeti; nec tanquam sacrilega debere damnari, Sed potestquam sanctissimis catholicæ ecclesiæ decretis, & circuncisio, & omnia veteris legis sacramenta antiquata sunt; Diuinæque gratiæ, & Euangelii uirtus plenè declarata, & peruulgata est: quicumque circuncisioe uti aut in se, aut in alium ausus est fuerit; is se nõ solum in nefarium scelus, sed etiam in hæresim iamdiu detestatam incidisse scire debet. libera igitur, & Hieronymus, & Augustinus uoce pronunciant: caeremonias Iudæorù, & perniciosas esse, & mortiferas Christianis; & quicumque eas obseruauerit, siue ex Iudæis siue ex gentibus, eum in barathrum diaboli deuolutum. edere autè, & bibere cum circuncisioe, quid commune habent; ut, inquit, in edendo, bibendoque neque uitium est, neque uirtus: ita & circuncisioe neque peccatù est ullum, neque officium. Itantè censetis? Antequam Christus uenisset, & homines qui sub lege erant, liberasset: si quisquam Iudæorum circuncisionem omisisset, nihil peccasset? Nunc si circuncidantur Christiani, nihil peccent? Quid quæso est diuina omnia, & humana confundere, si hoc non est? & potus quidem, & passus, cum ad uitæ conseruationem sint necessarii, naturaque expectantur, neque ad uirtutem, aut uitium referendi sunt, neq; ulla possunt lege prohiberi. Circuncisio uerò cum diuina lege fuerit, & instituta, & abrogata: instituta quidè prætermitti, priusquam abrogaretur: abrogata uerò suscipi sine detestabili scelere non potuit. Sed quam est ista circuncisioe, & edendi bibendiq; cum legibus Põtificiù similitudo? quæ comparatio? quomodo ista coniungitis? quomodo conglutinatis? Intelligi profecto neque uobis quidem isthæc arbitramur; tam abiurdas, tam

Epist. 19

uana.

vana, tam falsa sunt. An fortè timetis ne edere, aut bibere Pontifices suis legibus prohibeant? An verò ignoratis nihil Pontificiis legibus interdici, nisi quod vel per se & sua sponte peccatum sit, uel facilem ad peccatum viam efficiat, nihil præcipi, nisi quod uel cum uirtute coniunctum, aut planè uirtus sit, uel ad uirtutis altitudinem, atque fastigium molliorem præter assensum inest igitur in legibus Pontificum, & peccatum si negligantur, & iusticia si seruentur. Primum, quod cum iuste sint, ad æternæ illius stabilis & immutabilis legis sunt expressæ naturam: hoc est, ad diuinæ mentis, cælum, atque terræ tuentis, ac regentis imperandi, prohibendique sapientiam. Cuius illud est oraculum: Per me Reges regnant, & legum cõditores iusta decernunt. Quæ ratione fit, ut quæ sua natura neque praua, neque recta sint, lege constituta, recta aut praua efficiantur. Deinde ratione diuini mandati, quo his, qui ecclesiæ præpositi sunt, & qui pro nostris animabus rationem Deo redduri peruigilant, obtemperare iubemur. Denique quòd illa præscribunt, quæ ad communem Christianorũ omnium utilitatem, honestatem, salutem, necessaria sunt. In quibus ex ea parte salutem positam esse dicimus, quæ tenus, aut ad Christum nos illæ seruatore dirigunt, aut de fide, & charitate aliquid præcipiunt. Atque id quidem cum constet, perspicuum esse debet, & legibus Pontificum, & Christo nos seruatore simul egere. Ad eum enim per quem seruati, & liberati sumus, aut planè ducunt, aut tanquam uiatoribus deerrantibus uiam cõmonstrant. Cum igitur Ecclesiæ mandatis obtemperamus, id præcisè facimus (ut ex Augustino docuimus) quod in sanctis uoluminibus Deus ipse nos facere iussit, ut Ecclesiam in omnibus audiremus, Ecclesiæ maxiam, & atque grauissimam auctoritatem tribueremus, aduersus decreta Ecclesiæ nihil omnino faceremus, ne cogitaremus quidem; audire enim Ecclesiam hæc omnia continet, atque requirit. Quoniam uerò de humanis,

Prout. 8:

Quæst. 4:  
lib. cõtra  
Cresc.

nis, & Pontificiis legibus alter futurus est in his quaestionibus, & magis proprius disputandi locus, nunc pro re factis dictum esse existimamus: illud tamen nullo pacto prætermittentes, cuius forsassè neque ingenia, neque mentes uestræ capaces erunt, nihil enim honestũ, nihil graue, nihil uerum, nihil seuerum recipit uestra leuitas, & uitæ turpitude. Hoc autem est nulla Pontificũ lege, aut edis, aut bibi prohiberi; sed comestationes, & ebrietates: nulla lege coniugia interdici, sed sacrilega cubilia, & impudicitias; nulla denique lege modestam, & sine pertinacia disputandi rationem reprehendi: sed contentiones, & æmulationes. Hæc autem ea ratione prohibentur, ut induamus Dominus Iesum Christum, ut in omnibus dictis factis Christianos nos esse meminerimus, ut carnis curam, ne faciamus ad explendas cupiditates. Quare, qui Pontificum leges aspernantur atque contemnunt, si se gulæ immentis, & furiosæ uinolentiæ deditos esse ostendunt.

quæst. 66.

## QVAESTIO XI.

De differentia operum legis, & charitatis.

LOCVS XI.

Vt ueritas Euangelij permaneat apud uos.

ARGVMENT. HAERETICORVM.

QVAENAM sit ea Euangelij ueritas, in qua Galatas, & omnes, qui Christi religionem susciperent, consistere, & perseuerare Paulus tantopere cupiebat? Hæc Gal. 2. nimirum, non iustificari hominem ex operibus legis, nisi per fidem Iesu Christi. Quod aperte indicat: nostrã omnẽ iustitiam ex una constare fide, exclusis omnibus legis



legis operibus. Quid uerò tam huic ueritati, & inimicum, & aduersum, quàm hoc? Iustitiam nostram ex fide quidem esse, sed non sine legis operibus. At hoc ipsum tamen docent, quicunque docent, iustitiam esse ex fide non inotmi (ut noui Theologi loquuntur) sed formata & perfecta charitate. Nam (ut Dominus noster Iesus Christus dixit) primum, & maximum mādātum in lege illud est: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua. Secundo autem simile huic: Diliges proximum tuum, sicut teipsum. In his duobus mandatis uniuersa lex pendet, & Prophetæ. Pertinet igitur charitas ad legem. Quobrem neque solitaria, neque cum fide coniuncta iustitiam affert.

Mat. 20

## R E F V T A T I O .

Quaest. 5

Si de rebus omnibus, quæ ad Euangelii ueritatem pertinent, agendum sit: satis (ut arbitror) supra est à nobis explicatū, quamuis generatim, atque uniuersè, quoniam ea sint, quæ Euangelii uoci subiiciantur. Si uerò quid ea uox, Euangelii ueritas, hoc loco sonet, perquiramus; hoc est, quid Paulus per eam intellexerit: dicendum nihil certè intellexisse aliud nisi circumcissionem (quod primum erat, & præcipuum legis Sacramētum) ad iustitiam, & salutem per Iesum Christum adipiscendam non esse necessariam. Ita enim inquit: Neque Titus qui me cū erat cum esset Gentilis, cōpulsus est circumcidi: sed propter subintroductos falsos fratres, qui subintroierunt explorare libertatē nostrā, quā habemus in Christo Iesu, ut nos in seruitutē redigerent, quibus neque ad horam cessimus subiectioni, ut ueritas Euangelii permaneat apud uos. Titum ergo (inquit) ad circumcissionem non adegimus, cum non esset Iudæus: ut penes uos, qui Iudæi non estis, firmum, & immobile hoc Euangelicū dogma haberetur: non esse opus uobis circumcissionem.

Gal. 2.

v. post pag. 160.

Quod

Ingete surditatem mentium uestrarum, qui solis lucem non uidetis, qui uocis huius Christi sonum tam grandem, tam plenum, tam clarum non auditis. Aut uelitis, aut nolitis, clauis habet regni cælestis Petrus: claudendi, & aperiendi cæli potestatem, & Petrus, & eius successores habent. Non enim auferre uos uestra impotentia, atque superbia potestis, quod eis Dominus noster Iesus Christus sua manu dedit, sua uoce concessit. Longè discedite ab ecclesia quantum uultis, nunquā hanc potestatem à Christo in terris institutam, summatim, atque maximam omnium potestatum declaratam immuuetis. dum mundus erit, erit hæc potestas. Non. maduersus eam inferi portæ præualebunt. Sed uos adhuc ut getis: Quoniam hæ clauis sint quærentes, & an ne clauis idem sint cum ligandi, & soluendi potestate, quam ad oēs Apostolos æqualiter delatam esse constat. At de hac soluendi, & ligandi præte mox non obscure, neque uarij uarij; sed apertè, & absque ulla translatione loquatur; ut idem esse nullo pacto dici possint: qui enim idem esse possunt ea, quorum dissimilis est usus, diuersum officium, differens finis, & effectus? Clauis non ligant, aut soluunt: sed aperiunt, & claudunt. Habet (inquit) Ioannes Apostolus, de Christo loquens, clauem David; aperit, & nemo claudit; claudit, & nemo aperit: clauis præterea unī Petro datæ sunt cum cæteris Apostolis. de clauibus non solum nihil actum; sed ne uerbū quidē factū fuisse legitur, ut altius quiddā, & excelsius omnino clauis attulisse Petro, & tradidisse necesse sit, quàm ligandi, & soluendi potestas æqualiter omnibus communicata cæteris attulerit: clauis enim potestatem Petro dederunt, & de fide, & moribus decernendi, quæ credenda, quæ non, quæque agenda, quæ non, uniuersæ ecclesiæ præscribendi. Clauis Petri, & uniuersam ecclesiam administrant, & singulas eius partes ordinant, & temperant, præcepta fidei, spei, charitatis dant; hisque præceptis iter, & aditum in cælum obtemperantibus,

Clauis cum potestate ligandi, et soluendi an idem.

Apo. 3.

Clauis potestas qua.

K


perantibus, & bonis aperiunt; contumacibus, & improbis claudunt. Claves hæ non solum infimis, ac medijs; sed etiam summis, & excellentioribus ecclesie mēbris, Cæsaribus, Augustis, Regibus, Principibus, Rebusq. Dynastis, Tetrarchis, omnibus gentibus, ac nationibus, quæ ad regnum cælorum adipiscendum facere uideantur, præscribunt. hæ terrarum orbi, quatenus ad religionem spectat, leges imponunt. hæ denique quibus rationibus mortuorum animis suffragemur, nobis ostendunt, qui posteaquam corpore excesserunt, pœnas luere suis peccatis debitas; ut ritè in eo igne purgati in cælum quasi in proprium locum & domicilium peruenire possint, & ab antiquissimis Theologis traduntur (quam etià *πύρωσι* & *ἐκπύρωσι* Græci, Latini purgatorum appellant) & ab ecclesia catholica, ab incunabulis suis ad hæc tempora semper & sine dubio crediti sunt. Sed erit alius hac de re differendi locus. Nunc quod instat, agamus; & quantum maior sit clauium potestas ligandi & soluendi quæ potestate, demonstremus. Cum autè quid claves attulerint Petro, ac cæteris Christi uicariis, satis iam dixisse uideamur; restat, ut de ligandi, & soluendi quæ potestate omnibus Apostolis attributa, pauca quædam, & quantum locus hic postulare uideatur, adscribamus. Soluendi igitur, atque ligandi potestas, ut inter hanc, & illam, quantum inter sit intelligatur, ea est, quæ cum omnibus Apostolis communiter ac promiscuè à Christo data sit, ad omnes sacerdotes pertinet, & in omnes sacerdotes ab Apostolis est propagata. Hac potestate ligandi, atq; soluendi, sacerdotes omnibus Christianis hominibus, quos peccasse pœnitet (tanta uis est pœnitendi) peccata condonant: sumpta tamen à pœnitentibus aliqua pœna, atque supplicio. Hac potestate pro scelerum magnitudine in peccantes animaduertunt. Hac non ritè resipiscentes ligantur dum peccatis irretitos dimittunt. Hac alios ab ecclesia cum seueritate, & iusta indignatione, atque execratione secludunt:

hac

hac alios humiliter, atque demisè sese ad pedes ecclesie abiicientes, benignè suscipiunt. Hac potestate rebus quibusdam, statim temporibus, Christianis hominibus interdicitur: hac rebus alijs ut liberè quisque & semper utatur, fruaturq; permittunt. Quòd si qui fortasse quærant: quid de hac ligandi, soluendi quæ potestate, quam haud ita multò post ad omnes æquè delaturus erat Apostolos, cum Petro separatim agere opus fuit? An aliud est, quod hic Petro tribuitur aliud, quod paulò post omnibus Apostolis impartitur? At uerba planè eadè sunt, ut ad diuersas trahi significationes nullo pacto queant. Vna enim & eadem lubet omnino sententia. An uerò quæ ad unum Petrum deferuntur, tanquam ad omnes delata sint, accipienda sunt? quòd Petrus non principatus, sed personam aliorum omnium gereret. Præterea qui fit, ut de hac ligandi, atque soluendi potestate, & cum Petro seorsum, & cum alijs promiscuè agat & loquatur: reliqua uni Petro committat, & mandet, præterea nemini? Neminem enim præter Simonem Petri cognomento, aut petreæ appellatione decorauit. Nemi enim de uictoria aduersus inferos, aut prædixit unquàm aut ullam spem omnino dedit, cum nemine de clauibus regni calcetis egit; cum nemine locutus est; nemini promisit. Quibus ita quærentibus nos hoc ferè modo respondere solemus: summum ecclesie fabricatorem, & architectum Christum, hæc omnia à uobis nuper enumerata & in quæstionem uocata, unius Petri propria esse uoluisse: ligandi uerò, & soluendi potestatem (quibus uocibus quæ subiecta uis esset, supra iam satis explicatum est) ita omnibus Apostolis communem esse statuisse, ut in ea etiam ipsa penes Petrum tamè esset principatus. qui hanc suæ potestatis, seu maioris procuratoris partem ad salutarem ecclesie gubernationem alijs impertiret, ac remq; curam, & diligentiam adhiberet: ut eam oēs purè, castè, & diuini potius, quàm humani spiritus consilio administraret. Qui si quid corruptum

Petri  
principatus  
in potestate  
ligandi et  
soluendi.

K effect



Potestas  
soluendi,  
& ligandi  
quæ.

*Act. 5.  
Act. 8.*

*Petri po-  
testas ini-  
tio eccle-  
siae decla-  
rata .*

esset in ecclesia, aut temporis longinquitate, aut hominum negligentia, ipse sanaret: si quæ unius, & alterius peccato longèq; deinceps consuetudinis corruptela in abusum delapsa, & deprauata essent; ipse corrigeret: dissolutam uiuendi licentiam, & immoderatam libertatè reprimeret; cupiditates non leuiter quidem circuncideret; sed radicitus euelleret: ecclesiæ disciplinam labefactam expurgaret, uacillantem stabiliret, uiolatam uindicaret. Quod ipsum iam tum ab orientis ecclesiæ principio Petrum fecisse legitur aduersus Ananiam, & Saphiram, qui spiritu sancto mentiri non dubitarant, & in Simonem magum, qui donum Dei pecunia comparari posse existimaret. Quæ quidem animaduersiones, & pœnæ de impiis sumptæ Apostolorum cœtu antante, & uniuersa ecclesia uim, & uirtutem Petri admirant, ac trepi lante summam eius in ecclesia potestatem facillè ostendunt. Patet igitur omnes Christianos homines hanc Petri potestatem, & Pontificis max. excellentiam oportere admirari, suspicere, uenerari, timere, colere, obseruare, si in Christi grege esse cupiunt, si ecclesiæ membra esse uolunt; si formidolosum anathematis nomen horrescunt, ut sanæ mentis homines horrescere par est; contra uerò, qui summæ potestatis huius mandata spernunt, disciplinam aspernantur, obedienciã abiciunt, neque in grege Christi, neque membra ecclesiæ; neq; planè Christianos esse, appellari uel debere manifestum est. Anathemata n. sunt, nullaq; ratione pertinent ad ecclesiam in Petro fundatam, & ex edificatam à Christo, & Christi uoluntate, ac iussu à Petro sustentatam, & administratam, successoribusq; per manus administrandam, atque regendam traditam. Extra quam qui sunt (qui nimium multi sunt) hi miseri neque de portis inferni unquam triumphare se posse sperent: & desperatis iam planè rebus cælum semper oclusum, quod nemo referare possit, habituros, & in perpetuis uinculis sese futuros esse sciant; nisi ad Petrum, & ad Christi ecclesiam,

ecclesiam, quasi postliminio reuertantur. Soluendi. n. potestatem communicare cum aliis solus Petrus potest: ut iure meritoq; Pater Hilarius uir sanctissimus, Petri potestatem his uerbis admiraret: O beatus cæli ianitor, cuius arbitrio clauis æterni aditus traduntur; cuius terrefre iudicium præiudicata auctoritas sit in cælo: ut quæ in terris aut ligata sint, aut soluta, statuci eiusdem conditionem obrineant & in cælo. Iam uerò non minore, profectò culpa, & fraude in ea quoque sententia uersantur; qua Christus omnem gregem suum amori, fidei que Petri commendauit. Pasce (inquit Christus) oues meas: In qua isti, ut imperitæ multitudini oculos perstringant, eamq; nobis infensam, & inimicam reddant: pasceri uerbum, à seruitute, & famulatu (quid enim aliud ex ea uoce significare potest? inquit) ad imperium, & dominatum à nobis esse deflexum fingunt, & ut crimen crimine cumulare uideatur, illud etiam obii cere non uerentur: de charitate erga oues ipsas, & gregem nobis à Christo commissum, quam à retro iterata læpius interrogatione uideamus exigi tantopere, atq; requiri, nihil nos (ut ipsi criminantur) neq; præstare neque omnino loqui. Ineptos dicam, & irridendos, an miseros, & miserandos homines istos; qui charitate usque adeo sunt inflammati; ut non ferentes; sed furcetes præcipiti amentia ferantur? De charitate loqui audent, qui toti in una fide hærentes nihil ad salutem charitati tribuunt. Sed quænam est ista fides, obsecro, in qua omnia ponunt? Audi lector, & æquo animo si potes, ser, & rei, & hominum indignitatem. Neque enim istorum fides ea est, quam Paulus fictam appellat: neque rursus ea, quam Iacobus mortuam uocat. Siquidem ficta fides, ad eos pertinet, qui ad tempus credunt, at in temptationis recessu: Mortua uerò, & si cum bonis operibus non sit coniuncta, at fides est, at credit, at hominè saltem ab ecclesia Christi repellit, aut a sagena missa in mare, in qua genus omne piscium congregatur, exclu-

*In Mat.*

*Pascere.*

*Charitas  
erga o-  
ues.*

*Fides hæ-  
reticorū.  
Iac. 2.  
Bernar.  
epist. 42.*

di non finit. Fides autem quam isti sibi ipsi animi impotentia, atque furore; mentisque cæcitate finxerunt, prorsus inanissima res est: si modò res est, quæ non est, quæ nihil planè est, & pro nihilo ducenda: qua de re sæpe erit in his quæstionibus agendi locus: In ea nanque definienda, sunt ad eò varii & inconstantes, ut Protheticius, quàm istorum de fide sententiam benè cognita, & firmè conceptam animo comprehendas. At verò qua impudentia, & temeritate charitatis, & Christi ouium patrociniũ suscepisse videri volunt: eum tamen ipsi non solum fraude ac dolo; sed etiam vi adhibita à caulis, & pastorum stabulis abductas, lupis, & imaginibus feris dilaniandas, impii, & sacrilegi obiecerint. Neque enim cæci vident, quàm à tota eorum oratione, in qua quicquid est, falsum, & cõfictum est, vitæ ratio dissideat atque discordet, & quàm à factis dicta resellantur; charitatem à nobis requirere non desinunt, qui sanctissima & augustissima templa, sacras ædes, sacerdotes, ecclesiæ leges, instituta, ritus violarunt, vota Deo facta solui nefas esse duxerunt: sacra denique omnia profana fecerunt. Post tot scelerata, & nefaria facinora, ita flagitiosi homines seuerè loquuntur, ut Petros aut Paulos loqui putes. Sed hæc nihil ad rem. Redeamus igitur ad id, quod agebamus; & veritatem, quantum in nobis est, incolumen ab eorum telis, insidiisque seruemus. Pascere (aiunt) seruitutem sonat esto, & eam quidem periculosam, ac duram. quid tum? Petrus igitur seruus, nõ princeps (vt vos dicitis) aut dominus. Si seruus, cuiusnam seruus? ouium ne an Christi, à quo sunt oues illi commissæ? Si Christi: hoc ipsum est, quod quærebamus, quod volumus, quod fatemur. Si ouiu: pastoralis igitur baculus frustra defertur, quo errantes oues reducatur, vagæ atque dispersæ congregentur, famelicæ ac siti bûdæ à pestilentiis, & aquis & agris arceantur, ab omni lapsu cõtineantur, in ouilia cõpellantur. Sed quis est tã naturæ rerum ignarus qui nesciat pastorem officium,

ac munus, neque merum imperium; neque meram esse seruitutem? temperatum enim ex utrisque atque commixtum est: ut quandoque seruiat, quãdoque imperet, & alias habeat seruitutis, alias dominatus, & imperii cõditiones: idque si ad oues comparetur, quarum aliis de seruire pastorem, aliis imperare pro re, pro tempore, pro necessitate uideamus; ita, ut omnibus, & uniuersis ouibus, & famulari pariter, & dominari pastorem rectè dicamus. Quod si ad Christum fiat comparatio: tum eum quidem Christi seruum, & seruire semper, & ubique dicere debemus: dominari uerò, aut imperare nunquam. Qui enim homo Deo dominetur? mortalis immortalis? imbecillus omnipotentis? Cum igitur pastorem officium, ex seruitute & imperio commixtum sit: ideo fit, ut munus hoc interdum seruitutem, interdum imperium esse iure dicamus: Et seruitutem quidem: quia non ad suas; sed ad ouium commoditates, utilitatesque respicere pastor semper debet. Imperium, quia uiuendi præcepta dare, viasque quæ ad salutem seruant, commonstrare pastor pro suo iure potest: Seruitutem, quia nunquam illi deserenda sunt oues, quarum gratia omnes aspersiones sunt voluptates, pericula omnia subeunda. Imperium, quia si quæ oues obedientiam abiciant, & imperata facere detrectent, supplicio, & uinculis coercendi ius, & potestatem habet. Seruitutem; quia hæc administratio cum plena laboribus, atque periculis est, tum incredibilem requirit patientiam. Imperium denique: quod de omnibus, quæ ad oues spectant; cognoscere, statuere, iudicare huius muneris, & officii maximè proprium, ac perenne est. Quare bonus ille pastor, quem pastorum principem Petrus appellat, utrunque de se dixit; modò ministrum; modò dominum sese uocans. Ego, inquit, in medio uestrum sum, sicut qui ministrat. Et uos uocatis me magister, & dominus, & benedictis: sum etenim. Sed iam ad ea Christi uerba reuertamur, de quibus cum disputare cõpissimus, ad hæc

*Pastoris officium! ex seruitute & imperio mixtum.*

*Pascere, seruire, & imperare.*

*Christus minister & Dominus.*

*Ecclesiæ  
Christi  
quæ.*

*Oves &  
agni.  
Lac et ci-  
bus soli-  
dus.*

*Christia-  
ni oves  
& agni,  
sicut &  
Christus  
Iſai. 43.  
1. Io. 2.*

tractanda non sponte delati sumus; sed res ipsa nos ut sua pertraxerat. *Pasce oves meas*, inquit. Quibus sanè uerbis cum omnia, quæ Petro ante promiserat, re ipsa præstata; ut ea, quæ paulò obscurius dixisse uideri poterat, cum hæc ipsa polliceretur, proprio utens translatione, explanat apertius. Ac primum quidem; num esse ista Christi ecclesia, de qua audierat: Super te ædificabo ecclesiam meam. Est igitur ecclesia Christi; neque enim aut apertius dici aut explanatius declarari potuit, & omnium, & agnorum Christi grex. De agnis enim his; *Pasce agnos meos dixit*. de ouibus semel: *Pasce oves meas*. Quæ definitio si à translatione atque metaphora ouium ad proprium & expressum dicendi modum traducatur, quid aliud erit ecclesia Christi, quam cœtus, & congregatio, tam eorum hominum qui lacte indigent, quam eorum, quibus solidiore pastu opus est? Et ut etiam lactis, & cibi firmioris translata uerba, in propria, & sua conuertantur eorum hominum intelligas, quibus ad Christianam uiuendum, aut mollis quædam, & simplex doctrina sufficiat, quæ uel in ipsis primis rudimentis religionis, si leuè consistat: aut altior, & maior eruditio, ac disciplina necessaria sit, ut communicari cum aliis, atque transfundi sine periculo possit. Præclare autem omnino consentiunt, & Christianos hoies tui oues, tui agnos appellari, & sicut agnum coram tendente se obtinuisse; scy etiam illud ex his intelligi oporteat, eas ad ecclesiam Christi re uera pertinere, qui uitam illius & mores imitari, & mandata seruare conantur. Nemo enim est qui illa non norit. Qui dicit se nosse Christum, & mandata eius non custodit, mendax est, & in hoc ueritas non est. Et qui dicit se in Christo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. Alterum autem, quod iniicere Petro scrupulum, & dubitationem posset, illud erat: Quoniam modo sibi torius esset ecclesiæ, tantique ædificii onus tam graue sustinendum. Hanc dubitationem illud unum Christi uerbum funditus tollit. *Pasce*, inquit,

inquit. cuius uerbi uis, atque uirtus est adeò aperta, ut nulla sit acies humani ingenii tam obtusa, quæ non uideat, quid Christus hac uoce dicere uoluerit. Interpretandi enim ratio postulat, ut naturam rerum, de quibus est sermo, maxime sequamur. Siue igitur agni lacte nutritur, siue teneris pascantur herbis: tenui certè, ac delicato cibo saturandi sunt. Quisquis igitur à Petre (inquit CHRISTVS) cibus agnis tibi uidebitur adhibendus: mansum eum, & obtruncum fac ut illis in os inferas, quo facillè digerit, & per uenas in omne corpus transmitti nutrimentum possit: Aliter enim breui de uis tuos potius, quam uiuos recensebis agnos. Oues uerò itidem solidiore pastu, ac cibo à Petre, ut puta uita, & intellectus pane, salutarisque sapientiæ liquore, fac ut tibi pascendas, atque confirmandas putes. Ita enim tua pastione recreatæ & meliores, & grandiores factus edent; lanas molliores, ceterosque fructus uberiores ferent. Ex quo etiam illud apparet: pastoris officium ac munus, quo Christus ipseungebatur, ad Petrum eo uerbo fuisse translatum. Meos (inquit) agnos, & meas oves, quas egomet adhuc pasci, tu deinceps pasce à Petre. Erat autem Christus pastor ille, de quo sic olim uaticinatus fuerat Iſaias: Sicut pastor gregem suum pascet; in brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo leuabit, fessas ipse portabit, ut non iam posset Petrus, cur & promissæ, & traditæ sibi clauis essent regni cælorum, curque ligandi, soluendi que; potestas permixta, non intelligere. Clauis enim ideo sibi datas intelligebat, ut cum apertendi, & claudendi cæli sese potestatem habere cognosceret, ita Christi gregem prius erudiret; ita cæli uiam illi munire, ut certam etiam spem ostenderet, eas oves, quæ suis præceptis obtemperarent, in cæli sedibus, atque mansionibus sine dubio cum diis esse tandem habituras; quarum ipse clauis in manibus haberet. Itaque clauis, & pastoris officii admonebant sui, ut ad id semper oculos, & suas omnes curas, cogitationesque conuerteret;

*Pasce  
quid.*

*Christi of-  
ficii ad  
Petrum  
translatum.*

*Iſai. 40.  
fessas*

*Clauis  
Petri, ut  
datis.*

& oues

*Ligandi  
& solue  
di pote  
stas Pe  
tro sur  
data.*

& oves in itinere laborantes certa quasi spe beatissime quietis ad properandum inflammabant. Ligandi verò, soluendi que potestas Petrum omnino animum ab ea cogitatione nunquam abducere permittebat; vt Christianis hominibus in huius miserrimæ vitæ spatio, atque curriculo peregrinantibus, quæ non parum multa accidunt, progrediendi impedimenta, & moras, quasi vincula solueret; illud præsertim anhelantibus, vt tarditatis & errorum pœnitentes rectum in cælum cursum tenerent: ignauios autem sui que oblitos, & ita voluptatibus huius vitæ irretitos, vt pertinaces ab iis retibus liberari planè nolint; magis etiam, ac magis scelerum, & maleficiorum laqueis obstrictos, ita sua sententiâ, & seueritate deuinceret, vt eos sempiternæ, grauissimæque apud inferos pœnæ manerent. Hunc habent Christi verba sensum, & ita semper Ecclesia catholica firmissime asseuerauit, ut necesse sit aliter opinâtes in uarios, atque multiplices rapi errores. Quem sensum, & explicandi modum qui sequentur, ii nihil repugnans, nihil contrarium aut absurdum inuenirent; sed omnia inter se congruentia, omnia consequentia, mirabiliter que coniuncta; & extrema primis, prima extremis, media vtrisque conuenire; sibi que constare videbunt. Quæ uerò cum de Samaritana Petri legatione, tum de purgatione violatæ religionis Iudaicæ aduersus Petrum, & nos illius potestatis propugnatores ab aduersariis dicuntur promptiorem ea quidem, & faciliorem habet defensionem. Etenim ista de summa Petri potestate, ne minimâ quidè ullo modo parte imminuunt: quinimò contrâ, quanta cum bonitate, humanitate, moderatio ne, suo munere fungerentur, ostendunt. Cum enim ipse factus iam pastor esset omnium Christi ouium; cæteri, oves tantum essent; mittendi, atque legandi cuiuscunque quocunque libuisset ius, & potestatem habebat. At tamen cum uideret quantum esset in ea legatione momenti ad confirmandos Samaritanos homines Iudæis

*infectos,*

infectos, in fide uerbi, quod rum à Iudæis tantum prædicabatur quantum ad instruendos de fide in Iesum Christum, & de omnibus, quæ ad rectè, & piè viuendi uiam pertinerent: quantum ad impetrandum illis spiritum sanctum, quantum ad fundandâ, & erigendam in ea regione sanctæ catholicæ ecclesiæ ueram, puram que doctrinam: eius legationis munus obire non recusauit; atque id ea potissimum ratione, quòd cõmuni hominum consilio ea legatio ad ouium Christi pastorem; & ad omnium principem spectare iudicaretur. Reuera enim Petrum missum fuisse, nihil aliud sonat, quàm omnium deliberatione, & sententiâ decretum, rem tantam ad neminem Petro inferiorem esse deferendam; multum enim eius persona ponderis, & auctoritatis erat habitura apud Samaritanos, qui de Petri principatu diuinitus instituto cognouisse facile poterant. Quis enim unquam rex quicquam de sua maiestate putauit esse de tractum, si iis, quos in consilio adhibet, obtemperarit: cum cum, aut longinquo, & periculoso bello, aut cuius alia rei gerendæ præsentem interesse debere statuunt? Quod cum accidat, haud certò immeritò dicatur, & senatu suo, atque consilio missum esse regem, qui de consilii sententiâ eam susceperit protectionem. Diuina uerò illa Petri defensio, qua se non sua sponte, sed diuino impulsu ad Cornelium hominem à sacris, & lege Iudæorum alienum diuertisse dicit; nonne incredibilem eius lenitatem, mansuetudinem que demonstrat? Qua audita accusatores eius obmutuerunt, conuersique sunt ad Deum glorificandum, dicentes: Ergo, & gentibus pœnitentiam dedit Deus ad uitam. Exemplo enim Christi, cuius uicarius erat Petrus, quo maior erat, eo submissus se gerebat: eaque semper illi erat non in ore tantum; sed in omni opere magistri doctrina: Scitis quia principes gentium dominantur illis, & qui maiores sunt, potestatem exercent in eos. Non ita erit inter uos; sed quicumque uoluerit inter uos maior fieri, erit

*Petri missio quò in  
telligenda.*

*Petri legatio Samaritana.*

*Act. II. Petri defensio contra suos accusatos res.*

*Mat. 20*

erit uester minister, & qui uoluerit inter uos primus esse, erit uester seruus: sicut filius hominis non uenit militare: sed ministrare, & dare animâ suam redemptionem pro multis. Præclarum huic patrium, & antiquum morem tenuerunt summi Pontifices, usque ad magni Gregorii tempora, qui de hoc Petri factis sic scripsit: Petrus potestatem regni acceperat, & tamē idem Apostolorū primus: querimonie aduersus eum, à fidelibus factæ cur ad gentes intrasset, non ex potestate officii, qua posset dicere, oues pastorem suum nō accusent, nō reprehendant: sed ex auctoritate diuinæ uirtutis, qua gentiles acceperant spiritum sanctum, respondit. Haud ita multò post uerò de se ipso loquens ait, Si quis nos redarguere uoluerit, uel contra auctoritatē nos facere contenderit: ueniat ad sedem Apostolicam, ut ibi ante confessionem beati Petri mecum iussit deceret: quatenus ibi unus ex nobis sententiam suscipiat suam: sed & illud in quo tam insolenter gloriantur, de Græciæ, Indiæ, Perfidis, Africæ, Aegypti ecclesiis prorsus irridendum, & puerile est. Quasi uerò nos mundum uniuersum Petri curæ Christum commississe dicamus, non suam ecclesiam tantum, suos agnos, suas oues. An non etiā ipsi uidemus nōdum uniuersum orbem Christo dedisse manus, eiusque admisisse doctrinā, & pietatē? id quod oraculo Danidis Deus fore pollicetur: Postula à me, inquit, & dabo tibi gentes hereditatē tuam, & possessiōnē tuā terminos terræ. Neque igit unquā ecclesia Christi erit illa, quæ non & Petri, & eorum qui in eius munere substituuntur: sed eam, auctoritatē, doctrinam, potestatem suscipiat, ac ueneretur, neque Christi oues ullo modo erunt (sint licet apud Antipodas) quarum mentes hæc non imbuerit fides: Christū, antequā in cælam regrederetur, aliquē, qui eius locū teneret in terris, omni no reliquisset: resque resque nunquā esse defuturos, qui ecclesiā rectē super hanc petram aedificatam, & stabilitā moderentur, ac tueantur. Quibus quidem Petri successoribus

*Epistola  
Lib. 9.*

*Gregorius  
Petrus  
Petrus  
Petrus  
Petrus*

*Psal. 2.*

cessoribus si daretur facultas, & libetē obtemperarēt, & ab ultimis Oriētis, Occidētisque partibus, ac terris, ab omnibusque Oceani uel iamdiu, uel paulò antè cognitis insulis ad eos tanquā Christi uicarios uenerandos, atque colendos cōuenirent. Hæc aut pauca de multis, quæ sese nobis ad dicendū offerebant in hac refutatione: si partim ex Christi promissionibus, partim ex factis ipsis hauista, & deriuata sunt, si totius antiquitatis sententiâ sequuntur: quæ quo propius à primo ecclesiæ ortu, & ædificatione aberat, hoc melius uera cernebat, si contra dicta factaque omnia hæreticorum, qui huic ueritati bellum indixerunt, eò pertinēt, ut eis quicquid libet liceat: nulliusque Christi loco ecclesiæ præsentis nomen, aut iudicium reformident. Si ex huiuscemodi arrogatiâ, atque cōtumaciâ omnes ortæ semper sunt in ecclesia seditiones, & sceleræ pro temporibus damnatæ, ut Cyprianus est testis: Quid dubitamus, & patrū & multorum conciliorum auctoritate diuina subnixi, libera, & quanta maximè possumus uoce, ut omnis orbis exaudiat, pronuntiare? qui summam in Christi ecclesia Petri, & successorum auctoritatem non agnoscat, ac non pronus adorat, anathema esto.

*Epist. 3.*

## Q V A E S T I O XV.

*De reprehensione, qua aduersus Petrum usus est Paulus.*

## L O C U S XV.

*Cum uenisset Petrus Antiochiam, in faciem ei re sisti, quia reprehensibilis erat.*

## A R G V M E N T. H A E R E T I C O R U M.

*VIDETE* qui uir si: Petrus iste, quem cæteris Aposto-

3. g. 8.

Apostolis, & Reipubl. Christianæ ducem, & quasi signiferum præficitis. Hic enim post acceptum spiritum sanctum, post celebratum concilium Hierosolymitanum, post legem antiquam noua lege abrogatam, qua sanctum est, Mosaicam legem post Euangelium non esse seruandam: non solum peccat; sed grauiter, ac uehementer peccat. legem enim cuius ipse seruandæ princeps, & auctor fuerat, dicam incautè, aut stultè, an sceleratè, & impiè perfringit, atque perumpit, vt nullam admirationem cique mouere debeat: si Paulus eum grauissimis uerbis coram accusauerit, & reprehenderit. Quis enim tantum, & tam graue scelus non detestetur? Quis non indignum, & intolerandum ducat? Neque uerò est in eo à quoquam omnino laborandum, vt diu meditationibus aliqua saltem uerisimilibus excusatio Petro comparetur, quæ nulla nisi commentitia uulgaris reperiri potest: adeo peccatum graue, adeo peccator reprehensibilis non Paulo solum uisus est, sed etiam ceteris inferioris ætatis uiris: Augustinoque imprimis, quomodo uos huius sanctissimæ Philosophiæ magistrum, & quasi parentem colitis. Quid autem is, quoties in hunc incidit sermonem, hac de re senserit, literisque mandarit, quæsumus diligenter attendite. In commentariis igitur huius ipsius ad Galatas epistolas, Petrus (inquit) cum uenisset Antiochiam obiurgatus est à Paulo, non quia conseruabat consuetudinem Iudæorum, in qua natus atque educatus erat, quanquam inter gentes eam non seruaret; sed obiurgatus est, quia gentibus uolebat eam imponere. In quo duo potissimum ostendere, ac docere uidetur Augustinus. Alterum: nondum planè uulgato Euangelio, Mosis legem in multis adhuc seruare, Iudæis licuisse. instituta enim antiqua, moresque patrios, quibus ab inuente ætate imbuti erant, obliuisci, atque deponere tam subito qui poterant, quod quidem etiam Paulum aliquando fecisse cõpertum est. Alterum quod multò etiam magis est admirandum,

randum, eo animo, atque consilio Petrum Antiochiæ in lege seruanda perseuerasse, ut eam contra Dei præceptum in uiso de Cornelio illi datum, & contra decretum se auctore factum gentibus imponeret. & ad Hieronymum scribens: non ideo Paulus (inquit) Petrum emendauit, quòd paternas traditiones obseruaret: quod si facere uellet, nec mendaciter, nec incongruè faceret, quæ uis enim iam superflua tamen solita non nocerent: sed quoniam gentes cogebat Iudæizare, quod nullo modo posset: nisi ea sic ageret tanquam adhuc etiam post Domini aduentum necessaria saluti forent, quæ uehementer per Apostolum Paulum ueritas dissuadet. Nec Apostolus Petrus hoc ignorabat: sed ita faciebat timens eos, qui ex circumcisione erant, ut palam sit animum, & uoluntatem Petri nimio timore labantem ac deprauatam eò deuenisse, ut non ad hortandas ad Iudæorum cõremõnias amplectendas: sed planè cogendas esse gentes arbitraretur. Et alibi, si hoc (inquit) fecit Petrus, quod facere debuit, mentitus est Paulus, quòd eum uiderit non rectè ingredientem ad ueritatem Euangelii: Quid igitur excogitari potest grauius, quàm in Euangelii ueritate delinquere, & quasi claudicare? Quamobrè hanc Petri consilii rationem Augustinus simulationem tum perniciosam, tum fallacem, tum etiam superstitiosam, & prauam appellat: eamque & negationi, & diffidentia & ceteris Petri peccatis adnumerat. Hæc autem omnia, ideò collegimus in vnum, vt à uobis, qui principatum in ecclesia Petro tribuitis, hoc potissimum discendi gratia quaeremus, quomodo ordine, gradu, dignitate, omnibusque rebus inferior, tam audacter, tamque acriter superiorem non iniuria reprehenderit? Quæ res Porphyrium quoque Philosophum induxit, ut Paulum, aut mendacium, aut procacitatis accusaret, ut est apud Hieronymum, qui cum Augustino hac ipsa de re magnam habuit contentionem, & controuersiam,

Act. 21.

Act. 15.

Epist. 9.

Epist. 19.

Epist. 8.

9.

De Ago

ne Clr. c.

30.

Inter Au

gust. epi-

stolas

Epist. 11



VT INAM veluti nos non inuehēdi animo, aut male dicendi cupiditate, à qua Dei munere maximè abhorremus; sed vt cū vos ipsos, quantū esset in nobis, ab errore vestro reuocaremus; sī rudes, & ignaros harum rerū homines, aut salutaribus remedijs cōtra venena à vobis sparsa muniremus, aut quidē certē à doctrinē vestrā cōtagione, vt cauerēt admoneremus; hæc scribere sumus aggressi: ita vos nō sicut à simulatē; sed verē, & ex animo diceretis; ista à vobis argumētā nō impugnandē catholicē fidei; sed discendi cā esse cōparata, atque collecta: si. n. esset in vobis aliqua discendi cupiditas, si veritatis amor, aut reuerētia, nō tā diurna pertinacia cōtra catholicē ecclēsiā veritatis fundamētū hostiliter depugnaretis; neque tādiū conciliū œcumenicū, dū vestrū aduentū Tridētī expectat, frustrati essetis; cuius rei nulla vnquā probabilis inuenietur excusatio. Sed ad rē veniamus. In hoc igitur loco, qui ex omni sacra Philosophia grauisissimū existimatur (ad eō est ad audiendū admirabilis, & difficilis ad explicandū) nos fortasse temerē facturi videbimur, si omnī hac de re scribentiū, qui multi, & sanctissimi & doctissimi fuerunt, reiectis sententijs, nostrā admitti & probari petamus. Cū. n. hic locus omnī ætati homines, qui cū aliqua existimatione in tractanda Theologia uelati sunt; mirū in modū, & uariē torserit; ut hic quidē Petro, ille Paulo alius utriusque, alius neutri fauere videatur; in tanta dissimiliū sententiā uarietate, & multitudine uix credibile est, aliquid noui aut excogitari, aut in mediū afferri posse; præsertim à nobis, qui neque tenuitatē ingenii, ac doctrinē nostrā ignoramus, neque spiritū sanctū habere nobis ipsis arrogamus. Sed nos non in hoc elaborauimus, aut ingenii uires intendimus, ut aliquid reconditū, & inauditum aut cuiquam nouum in his quæstionibus diceremus, & ita gloriam aliquam aucuparemur; neque enim

vt 7. post pag. 144.

nos

Quòd si contra hac ratione pugnauerint, si circumcisio necessaria non est, nullum est opus lege præceptum necessarium: testatur enim Paulus omni circumcidenti se, quod debitor sit uniuersæ legis faciendæ; à cuius uinculis, qui non circumciditur, solutus, ac liber est. Distinguenda statim, ac separanda sunt opera, quæ legis, ab his, quæ charitatis esse dicuntur. Illa nanque metu, hæc amore sunt. Ad illa multæ, & pœnæ formido, nolctem aliquando, & inuitum compellit: Ad hæc spiritus sanctus non nisi uolentem ducit. Illis hominem non iustificari, Paulus constanter affirmat: hæc tanti facit, ut absq; charitate hominem quantumuis virtutum, aut operum habeat; nihil esse affirmet. Illa ad iusticiam, & salutē nihil proficiūt: Hæc (vt sæpē in iis quæstionibus docebimus) iusticiam amplificat; & merita sunt, quibus filii Dei maximis honoribus decorantur, & ad regnum uocātur, eis paratum à mundi constitutione. At charitas ad legem pertinet. Cū de charitate loquimur, duo sanè sunt, quæ hac uoce intelligi possunt. præcepta. i. quæ de charitate traduntur (& ea non ad legem solū; sed ad Euangeliū quoque pertinere satis supra docuimus) deinde diuinū illud donum quod à spiritu sancto tanquam fructus uitæ largē, & effusē fidelibus distribuitur, ac donatur. qua ratione ad fidem pertinet. Est enim charitas sic accepta diuina illa spiritus pollicitatio, quæ (Paulo teste) per fidem accipitur; quæque diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctū, qui datus est nobis. Hæc duo, quæ una charitatis uoce significuntur, sic distinguit Augustinus. Cū dicitur Diligamus inuicem: lex est. Cū dicitur, quia dilectio ex Deo est: gratia est: sapientia quippe Dei, legem, & misericordiam in lingua portat. Vnde scriptum est in Psalmo: Etenim benedictionem dabit, qui legem dedit. Vnde & Apostolus benedicens Thesalonicensēs, Vos (inquit) Dominus multiplicet, & abū dare faciat in charitate inuicem, & in omnes. Hanc benedictionem dedit, ut nos inuicem diligeremus, qui

Gal. 5.

1. Cor. 13.

Mat. 25

Quasi. 7.

Gal. 3.

Rom. 5.

De gratia, et l.

Ar. 118

2. l. 2. 4.

Prou. 3.

Psal. 83.

1. 1. he. 3.

1 legem

Gal. 2.

legem dederat, ut inuicē diligamus. Sed ne in illo Pauli testimonio, quo nihil est istis in ore frequentius, conuere uideamur, accuratē, exquisitēque est hoc loco à nobis expendendum multo magis, quam in commentariis nostris in hanc epistolam fecerimus. Excitant. n. nos, & acunt ad veritatis tutelam, hæreticorum disputationes: ac tanquam stimulis adhibitis prudentiores, attentioresque faciunt ad sanctarum scripturarum circumspectionem. Negat Paulus parari posse iustitiam ex operibus legis, his verbis. *Non iustificatur homo ex operibus legis. Quid uerius dici, cogitatio potest, quam nudum hominem, & ab omni diuino auxilio destitutum, neque esse neque dici posse iustum ex eo quod quæcumque lex præscriperit, plenē, cumulateque præstiterit? unis contra hoc Pelagius disputare ausus est. Cuius inopia sententia Palæstina, Africanaque conciliis, & Romanorum Pontificum decretis iam pridem explosa, damnataque est; sed ad id quod sequitur animum attendamus. nisi per fidem Iesu Christi. nisi Paulus inquit, non autem sed excipiendi, non aduersandi nota utitur: ne cum hæreticis intelligeres, una fide in Iesum Christum, cum secretionem operum, quæ lege præcipiuntur, effici hominem iustum. Non. n. hoc sentit Apostolus, sed illud, non adipisci quenquam iustitiam ex operibus legis nisi prius per fidem in Iesum Christum adificatur: cuius auxilio, ac munere, legis omnia mandata præstat, & iustificatur ex operibus legis. Fides. n. hominem supra hominem extollit, quippe quæ & diuinæ eū naturæ consortem, & filium Dei efficiat: charitatem ei impetret, in qua posita est plenitudo legis: propterea quod per eam homo omnia legis mandata, ac munera cum libera quadam animi oblectatione exequitur. Itaque quod sua sponte homo & per se non potest, Fidei præsidio, atque adiuuamento potest; ut hic nos locus admoneat, Pauli sententiam illam: ex operibus legis parari iustitiam non posse, hanc semper exceptionem esse*

acci-

accipiendam, ut de operibus loquatur, quæ sunt à fide seiuncta, & segregata. In quem etiam sensum, & quæ sequuntur, interpretanda sunt. Et nos in Christo Iesu credimus ut iustificemur ex fide Christi & non ex operibus legis, circumscripita scilicet fide. propterea quod ex operibus legis non iustificabitur omnis caro, hoc est, homo, Dei spiritu, fide, & charitate uacuus. Quare uerissimæ huic, atque sanctissimæ sententiæ: *non iustificatur homo ex operibus legis nisi per fidem Iesu Christi*: Hæc quidem, & impia, & falsa sententia, iustificatur homo, ex operibus legis, sine fide Iesu Christi: uerè, atque maxime aduersatur: non autem illa quæ in argumento non minus stultè, quam improbè confingitur.

## QVAESTIO XII.

De personarum acceptione in causa religionis.

## LOCVS XII.

Deus personam hominis non accipit.

## ARGVMENTVM. HÆRETICORVM.

EXTRA causam religionis personæ habeatur & dignitatis ratio. Sit ibi Pater & filius, sit magister & discipulus, sit herus & seruus, sint reges, sint populi regibus subiecti, alioquin magna sequeretur in rebus humanis ordinis perturbatio, summa totius uitæ cōfusio, nulla aduersus maiores, & honoris gradu superiores reuerentia. In politicis uult Deus personæ rationem haberi, non in causa religionis: in externo, & iudiciali foro, non in conscientia, in iudicio de moribus, non de fide. Maneat igitur, ac perpetuo fixum sit; cum de religione, de salute animarum, de conscientia tranquillita

I 2 te,

te, de fide agitur, nullam accipiendam esse personam, gradum, ordinem, auctoritatem.

## REFVTATIO.

QVA obsecro differendi arte, quo iudicio, qua ratione, qua argumentandi via ex hoc oraculo; *Deus personam hominis non accipit*; efficitis personam, & dignitatem hominis in ecclesia, id est, in hac Christianæ religionis communione, & societate nullo loco esse accipiendam, numerandam, æstimandam? verum ne vobis potuisse videtur, vt quemadmodum Deus ex humilibus, obscuris, rudibus, & indoctis piscatoribus, quos voluit maximos Euangelii prædicatores fecit, & ex acerrimo Christi oppugnatore, & aduersario summum propugnatorem, ac defenforem; hoc etenim est quod hoc loco concludit Apostolus, ita & homo in hoc vitæ cursu, quod ad religionem attinet, quem velit sibi ducere, & constituere possit, nullo ad personæ pondus, & auctoritatem respectu habito? Id si ita habet, male profecto Paulus, tot, & tanta sibi à Deo collata munera sæpe commemorabat: vt ex personæ suæ vi, & auctoritate doctrinæ & religioni, quam prædicabat fidem, & auctoritatem conciliaret, Apostolum se nominabat, vocatum à Deo & ad Euangelii magnum, atque arduum opus segregatum esse dicebat. Affirmabat se Iesum Christum vidisse: laudabat Galatas quod ab illis tanquam Angelus Dei, & tanquam Iesus Christus fuisset exceptus. Quid porro Paulus agebat, vel per singulas ecclesias presbiteros instituens, vel Tito, vt institueret mandans (erant enim presbyteri Episcopi, id est, omnium, quæ ad religionem, & Dei cultum pertinent, inspectores, curatores, magistri) sibi Dei Ecclesia in religionis negotio personarum differentiam non admittit: si nihil habet persona ponderis, nihil momenti? Quorum illud obsecro? quorum? presbyteris qui bene præfunt honorem

Rom. 1.

1. Cor. 9.  
Gal. 4.Act. 11  
Tit. 4.

honorem duplicem habendum; illis præferim, qui in verbo, & doctrina laborarent. Hoc enim verè, ac propriè est, Episcopum esse earum rerum, quæ ad religionem spectant, magistrum esse, & administratorem. Quare Paulus ad Hebræos scribens: obedite (inquit) præpositis vestris, & subiacete eis. Ipsi enim peruigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri; ut cum gaudio hoc faciant, & non gementes. Sed & illa, Qui recipit vos, me recipit; qui vos audit, me audit; & qui uos spernit: me spernit ad personarum dñam & ad summam dignationis dignitatē referenda sunt. Quis enim non in his videat, ab ipso Iesu Christo Domino nostro personas Apostolorum scerni, deligi, in honore haberi, in excelso, & illustri dignitatis gradu collocari; ut grauisimè oino peccare supremoq; supplicio lecti debe re censendum sit, omnes, qui sacerdotibus, presbyteris, Episcopis, summisque Pontificibus, Apostolorum, & Petri successoribus, non obediunt, non summos honores habent, non debitum planè studium, cultum, obseruantiam, & reuerentiā impertiunt: *εὐ τοῖς πολιτικοῖς* igitur (vt dicitis) personæ locus, & dignitatis. Quid ita? Ne ciuitatis ordo perturbetur, ne ciuiliis vitæ ratio confundatur, obedientia relinquatur, & abiiciatur. O politicos magis, quàm pios homines, qui perturbationem, & confusionem, è ciuitate quidem, & è Republica tollunt: in Ecclesiam verò, & in Christianæ religionis communione inuehunt, excitant, important. An non si quisque sibi de religione statuendi auctoritatem, & personamumat: si quisque sibi potestatem diuinitus institutam arroget, omnis ab ea re, quam omnium maximam, & planè diuinam omnes homines semper putauerunt, à religione scilicet omnis tollitur ordo, omnis aduersus illos reuerentia, quos vigilare, tanquam rationem pro animabus reddituros, Apostolus dixit? quod ad ciuiles magistratus spectare nullo certè modo potest. Nisi enim in Ecclesia sint honoris gradus: nisi personæ sint

Tim. 2.

Hebr. 13.

Matt. 10  
Luc. 10.

in his, quæ ad religionem pertinent, aliæ aliis superioribus: nisi potestates sint, summæ, mediæ, infimæ; magna illic exoritur confusio necesse est, magna conscientiarum perturbatio: qualem omnino vos hoc tempore perperistis, qui patrû & Ecclesiæ catholicæ doctrinam, & auctoritatem præta & repudiata, uobis unis religionis illustrandæ, diuini uerbi explicandi, conscientia peccatæ facultatem uendicastis, ut expressum in uobis penè oculis uidemus diuinum illud Apostoli uaticiniû: *Exurgent ex uobis ipsis uiri loquentes peruersa, ut abducant discipulos post se. Persuadere autem ea, quæ uoluitis hominibus uestris sua sponte licentiæ, & uoluptati deditis haud admodum difficile fuit: duos præsertim aditus ad omnia scelera discipulis uestris aperientes, ex libro (opinor) Iudicum sumptos, & arreptos. Alterum, ut uniuersisque, quod sibi uideretur rectum illud faciat. Alterum, ut non sit Rex in Israel. Nihil igitur mirum uideri debet, si plurimi uobiscum facere uideantur, qui cum Afoti essent, aut esse cuperent, sese primum omnium in disciplinam uobis tradidere.*

Act. 20

Iud. 21.

Iud. 22.

## QV AESTIO XIII.

*De eodem.*

L O C V S I D E M .

*Deus personam hominis non accipit.*

A R G V M E N T . H A E R E T I C O R V M .

**MENDACES**, & falsi Apostoli Paulo obiectabant, cum aliorum Apostolorum, tum maximè Petri auctoritatem, atque dignitatem, à quibus illum de Euangelii ueritate dissentire criminabantur. At Paulus hæc criminationem multis modis depellebat: inter quos ille breuissi-

breuissimus, ac uerissimus est, qui hac una certa, stabili quæ sententia continetur: *Deus personam hominis non accipit.* Cui quidem sententiæ ex priscis oraculis Dei descriptæ, neque responderi, neque aduersus eam omnino hincere audebant aduersarii, quæ personarum existimatione extinguere, & opprimi posse ueritatem arbitrabantur. Nos igitur à Paulo commoniti, cum aut Pontificum, aut Cæsarum auctoritate, & splendidis illis cætarum potestatum, & ordinum nominibus, ac titulis obruimur, & quasi præstringimur, ad huius sententiæ ueram, & breuem confugiamus defensionem: *Deus personam hominis non accipit.* Ad cuius sonum obmutescant aduersarii, necesse est: nisi tam impudentes sint, ut etiam diuinæ uoci, & ueritati repugnare, atque resistere non uereantur.

## R E F V T A T I O .

**NE QVE** certè uos huius sententiæ usurpatione quæquam inuauit; neque mirifica ista latebra, in qua uos conijcitis, occultat: Paulus enim (ut ipsemet in hac eadem epistola aperte explicat) à Petro cæterisque Apostolicis de Euangelio, Euangelicæque doctrinæ, & ueritate, ne leuiter quidem dissidebat: quinimò cum illis in omnibus mirificè congruebat. Statim enim post citatam hanc (de qua agimus) sententiam; Mihi (inquit) qui uidebantur esse aliquid, nihil contulerunt. Sed è contra cum uidissent, quod creditum est mihi Euangelium præputi, sicut & Petro circumcissionis (qui enim operatus est Petro in Apostolatam circumcissionis, operatus est & mihi inter gentes) & cum cognouissent gratiam, quæ data est mihi: Iacobus, & Cephas, & Ioannes, qui uidebantur colunæ esse, dextras dederunt mihi & Barnabæ societatis: ut nos in gentes, ipsi autem in circumcissionem, tantum ut pauperum memores essemus. quod etiam sollicitus fui hoc ipsum facere. Ex quibus uidere uel cæci possunt, ut de Euangelio cum cæteris Aposto-

Gal. 2.

lis Paulus magnopere consentiret. Proxus enim in hanc sententiam loquitur Paulus. Neque à Petro neque ab aliis Apostolis qui in Euangelica doctrina summi et se videbatur: ego quidem quicquam accepi, aut didici, quinimo contra eum sublimes illam & excellens Euangelii columnam, Iacobus, Cephas, Ioannes, quorum maxima erat existimatio, & auctoritas, cognouissent, non sibi solum; sed, & mihi, qui omnium hominum despiciatissimus & contemptissimus haberer, à Deo fuisse demonstratam atque detectam Euangelii ueritatem, atque doctrinam, dextram & mihi, & Barnabam dederunt; societatem Euangelii concordissimè in diuersis orbis partibus prædicandi nobiscum inuentas. Neque tamen admirationem habere debet ullam, si & mihi homini olim à Iesu Christo auerissimò, & illis Christo amicissimis idem Euangelium est traditum, atque commissum. *Deus. n. personam hominis non accipit.* Sed à Paulo in eam sententiam, quam audistis locuto, nostra iam ad vos reuertatur oratio, qui ab Ecclesiae perpetuo, & incorrupto iudicio, atque consensu, impudibili odio discidioque discordatis. quænam est ista uestra impudentia, ut diuinum hoc oraculum usurpare audeatis? Aliam fortasse dicetis Ecclesiae uniuersae à primis usque temporibus atque deinceps alia uobis à Deo opt. maxi. nuper data fidei præcepta, aliamque doctrinam è celo uobis esse delapsam & patefactam? qui dicere hoc potestis, cum præceptum illud non ignoretis ab ecclesia nullo planè modo esse discendum: qui discesserit, eum perinde atque Ethnicum, & Publicanum esse habendū? Sed ne hoc quidem dicere potestis: aliam ecclesiae olim aliam uobis nuper infusam esse doctrinam: eum in uestris omnibus decretis toti sitis alieni: Hæreticæ. s. Pragmaticæ, Vileffitæ, qui patrum nostrorum memoria, legitimis Episcoporum conciliis reiecti, explosi que fuerunt. Iamque delictum erat contra illos disputari, eum uos repente extitistis, & illorum hæretes ab inferis excitastis. Neque

uero

uero uos (ut dicitis) Pontificum, aut Cæsarum summa potestas & auctoritas opprimit: sed Dei aduersus Ecclesiam suam æterna, & summa prouidentia, qui & Pontifices, & Cæsares summo semper in honore, summoque in totius orbis terrarum imperio esse uoluit, ut haberet Ecclesia tanquam duos gladios qui sanctam eius doctrinam aduersus hæreticos, & rerum nouarum cupidos amanter, pieque tuerentur. Quare, & Africa, & Asia Episcopi Romanorum Pontificum doctrinam, pietatem, summam potestatem, Cæsarumque, & aliorum magistratuū fidem contra schismata, & hæretes, cum nullus esset suadendi locus, sepius implorabant. Sæpius enim quam boni uoluissent extortæ sunt hæretes, quæ nisi ab iis, qui summo cum imperio, & potestate illis temporibus erant, & damnatæ, & castigatæ & extinctæ fuissent: de fide, & religione, & omni Republ. Christiana iamdiu actum fuisset. Sed illud Innocentii clarissimi Pontificis, & sempiterna memoria digni, semper uiguit, & principum animos ad pœnas de hæreticis sumendas uehementer stimulauit. Si diu (inquit) fuerint hæretici in impunitate uersati, necesse est multos in suæ prauitatem mentis inducant, decipiantque innocentes, uel potius imprudentes, qui si dem catholicam non sequuntur. Putabunt enim eos rectè sentire, quos adhuc uiderint in ecclesia perdurare. Quod utinam ætate nostra ablescere non uidissimus.

August.  
Epistola.  
48. 50.  
90. 91.  
92.

+ 5. q. 2. ff.

## QVAESTIO XIII.

De Petri summa potestate.

L O C U S XIII.

Creditum est mihi euangelium præputij, sicut Petro circumcissionis.

ARGV.

**Q**uys audeat dicere non ex hoc loco liquere Apostolos omnes fuisse inter se pares, & æquales? omnes enim à Christo Iesu æqualiter uocati fuerant, omnes Euangelium idem acceperant, mandatum idem, omnes *ἰσοδιδάκτοι*. Petrus autem quoniam modo ceteris maior unquam fuit? qua lege à Christo lata, quo mandato, quo iussu, quo denique priuilegio factus est Apostolorum princeps? in quo quidem constituendo principatu quibus non utuntur fallacijs nostri aduersarij? quæ non comminiscuntur opinionum commenta? quibus abstinent præstigijs? ita, ut etiam pretiosissima Christi uerba fallaciter adulterent: illa scilicet, Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam; & quæ sequuntur, insigni profectò in Deum contumelia, per petram, potestatem Petri, intelligi uolentes: super quam ædificare se ecclesiam aiunt, dum eam Romani Pont. potestati, atque imperio subiiciunt. Albane putant nos, & atra non posse discernere, quos sciunt non ignorare eorum uitia, scelera, impietates, qui huc locum, & dominatum tenuerunt, quem à Petri potestate deriuant? At in Ecclesia super hanc petram à Christo ædificatam, Christus ipse dixit, nihil posse potestas inferorum. Et portæ (inquit) inferi non præualebunt aduersus eam. Illud uerò, Pascce oues meas: qua temeritate deprauant? omnes enim totius orbis terrarum oues tribus his uerbis Petro commissas fuisse uolent, & uerbum pascere hac interpretatione, quasi ueneno spargunt, & inficiunt, ut pro eo quod est præsidere, & principem principum esse intelligi uelint: cum pascere non dominatum, sed seruitutem sonet. De amore uerò, quæ Christus ante hoc uerbum exigit à Petro, mirum est apud illos omnino silentium, nec uident in sua Monarchia, nec amorem esse, nec ullam pascendi curam, sed impotentiam, libidinem, auaritiam. Non enim oues tondere,

Mat. 16

Ioñ. uis.

tondere, sed deglubere: non moderatè imperare; sed tyrannico dominatu populos premere eorum Pontifices solent. Quid facerent, quàm magnificè se iactarèt, si uel ementiendo quidem ostendere possent Apostolorum quenquam à Petro legationem aliquam accepisse: quemadmodum re uera nos ex facris litteris ostendimus eum ab Apostolis, qui erant Hierosolymis, in Samaritiam legatum fuisse? id quod in eum, qui principem in terris uice Dei teneret locum, cadere nullo modo poterat sententia à Domino nostro Iesu Christo lata: non esse Apostolum maiorem eo, qui misit illum? Quid? si probare possent, Petrum compulsisse alios, criminis alicuius causam dicere; ut ipse coactus est se de religione purgare, & rationem reddere; cur ad uiros præputium habentes intrasset, & cum illis manducasset? Sed ad hæc ut lubet, respondeant. Huius certè rationum exitum inuenire nunquàm poterit tota illa Romani Pontificis manus, ueluti plagis irretita, & nouo timore perturbata. Si principatus iste fuisset à Deo, & iure (ut dicitur) Diuino institutus: fuisset aliquando profectò omnibus suis numeris, & partibus absolutus atque perfectus: cum iota unum, aut vnus apex ex uerbis Dei præteriri non possit, quin omnia perficiantur. At uerò neque Petrus unquam; neque qui se Petri fecere successores omnibus ecclesijs imperarunt, Græcijs, Indijs, Persidis, Africa, Aegypti. Quod etiam illi ipsi, qui sumam hanc sibi uendicant potestatem, magno cum animi dolore, & mœnore fatentur; tot studijs, & artibus in eam rem frustra consumptis.

Act. 8.

Ioñ. 13.

Act. 21.

## REFUTATIO.

**B**REVIOREM me, quàm par erat, & res ipsa requireret, in hac refutatione fortasse facient, multorum insignium uirorum pro catholica ecclesia suscepti labores, qui de Petri principatu accuratè scripsere omnes omnium

omnium hæreticorum calumnias certissimis argumen-  
tis, diuini testimonii, ac sanctorum patrum vna mente,  
vnaque voce refutantes. In quibus maximè enitue-  
re, Thomas de Vio, Cardinalis Caietanus, ingenio, do-  
ctrina, pietate clarissimus, ac Reginaldus Polus, Cardi-  
nalis & ipse Britannus. Cuius non testimonium modò,  
aut oratio; sed vnus certè nutus fidem facere potest:  
ea est viri summa integritas, eruditio, religio. scripsit  
is pro Ecclesiasticæ vnitatis defensione libros quatuor  
ad Henricum octauum Britannorum regem ab hæreticis  
in multos, & turbulètos errores miserè pertractum. In  
quibus hoc ipsum, de quo nunc agimus, latè, luculentèq;  
tractauit: cui ille quasi furis agitur, & pontificiam li-  
bi potestatem arrogasset; augustinamq; vicarij Iesu Chri-  
sti maiestatem multis modis secleratè, & impiè violasset.  
Hos libros si quis attentò animo legerit, omnè de ista  
controuersia serupulum deponet. Sed nos ad hæc tan-  
tum, quæ paulò ante recitauimus à nouis istis homini-  
bus renouata, veterù hæreticorum sophismata verus  
quam argumenta dicamus, Petri principatus non ab il-  
la selectione proficiscitur, qua vt Christi discipulus, &  
Apostolus esset vocatus est; eam enim còmunem illi  
cum cæteris Apostolis fuisse nõ repugnamus: quoniam  
(vt paulò post dicemus) tunc quoque aliquid acciderit,  
quod futurà eius excellentiam atque præstantiam præ-  
monstraret. Neque etiam ab illa legatione ortum ha-  
buit, qua omnes simul diuinitus edocti ad idem Euange-  
lium vbicunque terrarum, & gentium prædicandù mis-  
si fuere; in quo nullum habuit Petrus locum eminentio-  
rem. Alia porrò capita sunt, & ea quidem maximè ma-  
nifesta, testata, & illustria: quæ præ cæteris Petrum in  
amplissimo dignitatis gradu, & in totius ecclesiæ custo-  
dia, tanquam in omnium terrarum arce, & specula Dei,  
& Domini nostri Iesu Christi iudicio collocarunt. Ea  
sunt, quòd non super Apostolos omnes; sed super vnu  
Petrù admirabili quidè, prolixoq; apparatu Ecclesiæ  
suam

Petri p̄i  
cipatus.

Mat. 4.

Ioan. 1.

Mat. 10

Mar. ul.

Principa-  
tus Petri  
capita p̄-  
cipua.

1.

suâ ædificaturù se Christus ipse recepit: quam euertere  
nullæ inferorù machinæ, nullæ fraudes, nullæ fallacia  
possent: & non omnibus Apostolis; sed vni Petro datu-  
rum se clausus regni cælestis receperit: & quâ omnibus  
cõmittere cõstituerat ligandi, solucndiq; potestatem, eâ  
seorsum, ac separatim Petro primù pollicitus sit, tâquã  
ad eum ea potestas præcipua quadam, ac singulari rati-  
one esset peruentura: & denique vni Petro de suis  
pascendis omnibus mandauit. De quibus omnibus singu-  
latim est differendum: vt omnes ad quorum manus hi  
nostri labores peruenerint (si modò legentur) intelli-  
gant, quâ vana, quâ leuia, quâ stulta sint argumenta, quæ  
tanquam ab inferis aduersus Petrum, & eius ecclesiã  
excitantur hæretici. Malè (aiunt) petra verbo super  
quã se ædificaturum Ecclesiã suam Christus pollice-  
tur, Petri potestatem intelligit. Præterea ædificare,  
nihil aliud quã ecclesiæ libertatè in Petri dominatu col-  
locare, & iugù quasi quoddã seruile illi imponere esse  
vultis. Quæ duo tela in nos ab hostili manu contorta,  
quã infirma, & obtusa sint, paulò post ostendemus: cõmẽ-  
titia enim omnia impudenterq; cõficta, & fabricata  
eorù argumeta sunt: sed illud imprimis admonendù est:  
potestatis aduersarios potissimù facere mentionem, vt  
hoc nomine, quod ipsi grauissimum & odiosissimum  
esse putant, nostra omnia cum dicta, tum etiam facta  
in summam inuidiam adducant, quod ipsum apud homi-  
nes syncerè, & rectè de rebus existimantes, eos deli-  
malinæq; conuincit atque condemnat. Verùm iam ad  
argumenta veniamus: quæ veritate rei in medium pro-  
ducta, & tanquam in acie collocata, ipsa statim enerua-  
ta, & languida sua sponte concident. Ac primum om-  
nium illud à nobis iactum, & positum sit fundamentù,  
in his Christi verbis: *Super hanc petram ædificabo eccle-*  
*siam meam.* Nos, id est, catholicos omnes & ecclesiã  
ipsam per petram, Petrum ipsam intelligere; super  
quem, hoc est, super cuius fidem, curam, diligentiam,  
solici-

II.

III.

IIII.

Petra.

Ædifica-  
re.

Potesta-  
tus nomẽ  
odiosum.

Ecclesiã  
quõ sup.  
Petrù æ-  
dificatã.

*Ecclesia à Christo super Petrum edificata.*

solicitudinem, charitatem, & adde etiam à Christo dati potestatem, non nos ædificamus; sed Christus ipse sua manu ecclesiam suam exædificat, dum preciosos, & viuos, & electos lapides in vnum fidei, spei, & charitatis ædificium colligit, atque coniungit, vt non vni Corinthiorum Ecclesiæ; sed vniuersæ, ac toto terrarum orbe diffusa, quam catholicam appellamus, dictum puteum, Dei agricultura estis, Dei ædificatio estis. Hoc autem ædificium, atque opus suum Christus architectus, & artifex Petri gubernatione, & cura tanquam firmissimæ & immobilis petrae fundamento sustentari, & ab omni impedimento ruinæ periculo sacrum tectum seruari, atque defendi voluit. Quod si super Petrum ædificata est ecclesia Christi; secus eius curæ, & administrationi commissa (quod inficiari nemo sanæ mentis sanæ potest) sustinere, aut ecclesiam super se ædificatam, & curare sibi commissam sine summa potestate, & sine eo imperio, quod Christi vicarium decet, Petrus nullo pacto poterat, necessario sequitur, vt summa Petro sit à Christo data potestas, summumque rerum omnium in ecclesia super eum ædificata, & arbitrium, & imperium.

*Potestas à Christo collata Petro.*

*Potestatis nomē hæreticis odiosum.*

*Portæ inferi an aduersus ecclesiā p̄ualeant.*

Alioquin Oeconomia Christi irrita, promissio vana, verba inania fuissent, quod non solum dicere; sed ne cogitare quidem viro Christiano fas est: in quo quidem hæretici rumpantur licet, qui scelerum suorum confitentia oppressi, vt huius summæ potestatis à Deo datæ, nomen audiunt, metu pœnæ impietati debitæ exhorrent, pallent, cruciantur. Nihil enim est tam inimicorum genio, atque licentiæ, quam iustitia, quam potestas, quam magistratus; vt non sit mirum si summâ hanc in ecclesiam potestatem odio habeant, & insectentur. At negant hanc esse Christi ecclesiam, vt pote aduersus quam inferi portæ aliquid possint, quasi verò Africam nobis monstra sint imitanda. Donatum & eius famulam dico, qui vt inani pietatis speciei, sua dogmata tueretur, affirmabat, ideo se ab omni aliorum Christianorum

rum cætu discesse, quod vbi peccatum esset, ibi ecclesia catholica esse non posset. Non enim hac oratione; *Es portæ inferi non præualebunt aduersus eam*; prædicat Christus, nulla in ecclesia sua, dum peregrinatur in terris futura esse peccata; quæ quidem Ecclesia ex Christi ipsius institutione, & disciplina quotidie precatur: Dimitte nobis debita nostra, & (vt Augustinus hæresum omnium præsertim Africanorum egregius expugnator docet) priusquam ad cælum undiq; expleta, & perfecta peruenerit: nunquam est sine macula & ruga aliqua futura, zizaniaque frugibus admista semper est habitura. Verum hæc dicit Christus, ne Petrus audiens, *Super te edificabo ecclesiam meam*, se tanto oneri regenda, & conseruanda Christi ecclesiæ ferendo imparem putaret, atque ob id deterritis animum desponderet, vt idem sit dixisse, *Es portæ inferi non præualebunt aduersus eam*. Ac si dixisset; peccata & hæreses, & schismata quæ peccatis sunt multo deteriora, & mala omnia, quæ patefactis inferorum portis in ecclesiam hanc impetum facient, & irruent, eam non expugnabunt. Habet enim ecclesia contra peccata, & scelerata Sacramentorum medicinam: pœnitentibus quidem salutarem; obstinatis verò perniciosam, contra hæreses gladium verbi, & synodos in nomine Christi cõgregatas, in quarum medio est Christus. Contra schismata, & defectiones, potestatem vindicandi omnem inobedientiam. Habet item summi architecti, & lapidis angularis patro ciniũ. Habet spiritus sancti lumen, doctrinam, tutelam, defensionem. In hac autem interpretatione nobiscum faciunt antiqui patres, quorum omnis uita in sanctissimis laboribus est consumpta: Tertullianus, Cyprianus, Hilarius, Hieronymus, Augustinus, Leo, Gregorius, Ambrosius, Chrysostomus, Basilus, Cyrillus, testimonia quorum hoc loco recitare, nihil sanè opus est. Ea enim beatissimus pater Ioannes Rossensis Cardinalis religiosè collegit, qui morte pro hac fide, & ueritate ardenti stu-

*Epist. 50 56.*

*De uerb.*

*Aposio.*

*Serm. 3 I*

*Ecclesia*

*niquam*

*sine ma-*

*cula &*

*ruga.*

*Ecclesia*

*à portis*

*inferi nõ*

*expugnã*

*da.*

*2. Cor. 10*

*Ar. 15.*



ri studio appetita, sanguineque profuso nostram ætatē glorioso, & memorabili posteris martyrio illustravit. Sed quid opus est testibus in re tam aperta, & manifesta, quando Christus hæc ipsa omnia se facturum non per prophetas, aut Angelos suos; non per interpretes, aut nuncios: nõ per litteras, aut aliud vllum significandæ voluntatis suæ genus: sed sua ipse voce, lingua, oratione prædixit? Audite igitur, audite verba Domini nostri Iesu Christi, vos, qui ab ecclesia catholica, & à patrum uestrorum disciplina tam turpiter, & impiè deliquistis, neque tam diu in uestram ipsi perniciè & surdi, & cæci esse uelitis. Cùm igitur Petrus Andree fratris ductu, ad Iesum, què nunquam antea uiderat, primū uenisset: intuitus eū Iesus: Tu es Simon (inquit) filius Ionæ: tu uocaberis Cephas. Cephas autē (auctore Ioanne) est Græcè πέτρος. quæ Græca dictio Latine petra, & saxū omnibus significat. Qua quidem uoce, & appellatione, cū eodem Simone alium longo post interuallo sermonem habens, hanc ipsam metaphorā petræ securus, usus est. Tu es Petrus (inquit). Ideoque rectè intulit: Et tu per hanc petra ædificabo ecclesiam meā. vt hac breui oratione tria potissimū sint, quæ Christi mētē, atque sententiam palam, & apertè demonstrant. Primū est cognomen ipsum, & nouū nomen Petri, Simoni inditū, quod petra sonat. Alterum est, quòd quam petra intelligit, quasi digito ostēdens: super hanc inquit petra, cum qua loquor, id est, super te ipsum, ò Simon, quem petræ cognomento coonestauit ad soliditatem, & firmitudinem tuam ostendam. Tertium est uerbū, ædificabo: quod, & metaphoram explet, & Christi consiliū, atque animum omnibus aperit, planeque sub aspectum ponit. Iam uerò quod sequitur, his quæ diximus non solum est consentaneum, atque conforme: sed lucet etiam Christi sententiæ adauger, & ueritatem multo illustriorem reddit. & ubi dabo (inquit) claves regni cælorum. Deplorate miseri, deplorate cæcitatem uestram,

v. F. part. pag. 128.

lugete

nos quicquam uidere, quod alii non uiderint, ullo pacto credimus. Verū quia nondum hæc tentata uidebatur uia, ut in his ipsis locis, è quibus aduersarii occasionem rapiunt ad contradicendum, & quasi materiam sumunt ad arma contra nos conficienda, & fabricanda; eis resistetur, armaque de manibus eriperentur; aut quæ ipsi tela maximè ferræ, & acutissima esse putant, plumbea, & obtusa esse ostenderentur: ideo est a nobis labor hic ita scribendi susceptus; vt iam reticendæ sententiæ nostræ non sit locus, qualis eacumque sit, siue noua, & nuper inuenta, siue antiqua, & è libris doctorum, & sanctorum hominum eruta; siue èt ab aliis quidem leuiter tacta tantū, à nobis uerò uberius explicata. Est igitur hæc nostra sententia. Neque cibus exterarum gentium utentem, neque contra abstinentem Petrum peccasse censemus: nisi forte uel utenti, uel abstinenti aliquis Iudæus qui eare offenderetur, assuisset. Cur. n. nõ vtatur, cū omnia munda fecerit Deus? cur rursus non abstineat, cū eos, qui ab Iacobo Hierosolymis uenerant, eoque usu nõ poterant non offendere, ueretur? Vt homines Christiani, si quem humana carne uescentem uideant, tantam immanitatem, atque barbaricam non maximè detestari nõ possint: Ita Iudæi Petrum exterarum gentium cibus utentē conspicati, eam rem sine dubio execrati essent uehementer. Tantum ualet usus, & institutio cum in omnibus animantibus, tum in homine præsertim. Arbitramur igitur hanc fieri posse distinctionem, Petro cibus exterarum gentium uescente, aut Iudæus aliquis aderat, qui id detestari facillè posset, aut nõ aderat: si aderat, omnino peccabat Petrus, id Iudæo inspectante agens, quod Iudæorum omni nationi sciebat esse tā nefandum, atque detestabile; si nemo aderat, qui id ægro animo ferret, Petrus nullo planè modo peccabat; munda. n. omnia à Deo facta putabat. Similiterque cū abstineret, aut nemo aderat, qui eam abstinentiam admiraretur, atque damnaret; tumque peccabat, cæcis à Deo factis absti-

L

nens

Ioan. 1.  
Cephas  
quid.

Simoni  
nouū in-  
ditiū no-  
men.  
Petræ.  
Ædifica-  
tio.

Claves  
regni cæ-  
lorum.

nens sine caussa; aut aderant qui ab Iacobo venerant, tuncq; iusta, & sancta erat abstinentia. qui enim eorum oculos in se conuersos esse videbat, ne illis esset scandalo, iure dubitabat. Sed etsi iure dubitaret; meritoque abstineret, id tamen ex ea re mali accidebat, & superflua quaedam apud gentes externas suboriebatur, & succrescebat opinio: legem. scilicet ad salutem per gratiam Dei, & Domini nostri Iesu Christi comparandam esse necessariam. Qua re animaduersa Paulus iure Petrum admonet, & quamuis inferior superiorè amanter, & seuerè coarguit, hæc admonitio est reprehensio, & repugnantia nuncupatur, cum ob eam animi commotione, & vehementiam, quam perpetua illa salutis populi sibi commisi procurandæ cupiditas, & extirpandæ ex animis gentium illius opinionis tam perniciosæ studiū in Paulo excitabat, tum ob id quoque & publicè, in omnique conspectu, & vehementi quadam oratione facta erat. Cum aut ipsū quoq; Paulum hæc eadem de quibus Petrum acculat, factitasse, Iudaicosq; seruasse ritus, caput rasisse, sese ubi non læderetur Euangelium oibus submisisse, rursusq; submisionem eam, & humilitatem, quam offendere quorundam animos intelligebat (vt Chrysostomus docet) tanquam immoderatam reliquisse legamus. Cur non est hanc Petri patientiam, & æquitatem animi, qui sese redargui patitur, modestiè tribuendam esse censemus? cur hanc Pauli obiurgatione, non admonitionem interpretamur, quæ non ad id, quod faciebat Petrus; sed ad id quod ex eo sequeretur, infinitum sanè, & perniciosum malum pertinere? Quis uerò non animaduertat, quàm duri, atq; pertinaces in uerbis auctorum interpretandis oēs sitis? quàm spiritus oblitus: quàm litteræ oblitus? Quod genus est tandem istud interpretandi, ut uerba mordicus tenenda uobis esse putetis; sensum, & quasi animâ ipsam auctoris, amittatis, negligatis, nihili faciatis? quod in Augustini uerbis interpretandis hoc ipso argumento, contra quod scribimus

facitis.

facitis. Intimus enim & uerborum auctoris sensus non ex uno aut altero loco; sed ex multis, iisque diligentissimè collatis, atque perpenfis est colligendus. Quod si ea, quæ de hac re scripsit Augustinus, omnia legissetis, picquæ ut par est, æstimassetis; non tam duriter & asperè, ne dicam, impiè, interpretati essetis. Vos ita omnia ad uiaum esse refecanda putatis, ut lacerare potius, atque trucidare auctores uideamini, quàm interpretari. Nos mitius, ac lenius agendum, absurda omnia, dissimilia, dissentanea que nedom contraria, & repugnantia cauenda esse, ducimus. Quamobrem illud Augustini: Petrum à Paulo ideo obiurgatum, & Iudæorum consuetudinè gentibus uolebat imponere, non ita est accipiendum, ut dicat Petrum animo adeo peruerso, ac deprauato fuisse, ut consultò, uolensque gentes Iudaizare cogere; sed hoc multò magis; Petrum in hac re diiudicanda deceptum, & ad omnia quæ oportebat, non admodum diligenter attendentem Iudaicam retinuisse consuetudinè, ut apud gentes ea opinio percrebresceret legem ad salutem esse necessariam: homines. n. uel sanctissimi, iustissimiq; falluntur aliquando: ita tñ, ut non uolentes, sed inuiti labantur, & errent. Existimabat. n. fortasse Petrus gentes ab hac opinione de legis necessitate ad salutem, si in eâ fortè decidissent, ad uerum, atq;inceruū Euangelii sensum multò facilius posse reuocari, quàm Iudæos, cum ab Euangelio, & à Christo descisissent, legem negligi contemptuiq; haberi uidentes. At timore lapsus est Petrus. Quid ni timeat ouium suarum perniciem & calamitatem Petrus gregis sui pastor amantissimus? Huius. n. timoris alia nulla reddi causa potest: ut rectè meo quidem iudicio Hieronymus de hoc timore philosophetur. Nulli dubium est (inquit) & Petrus Apostolus sinæ huius, cuius nunc præuicator arguitur, primus auctor extiterit. Causa autem præuicationis timor est Iudæorum. Dicit enim scriptura, quod primum e debat cum gentibus: cum autem uenissent qui

*Inter Augustini Epistolas. Epist. 11.*

dam à Iacobo, subtrahebat se, & segregabat, timens eos, qui ex circuncisione erant. Timebat autem Iudæos quorum erat Apostolus, ne per occasionem gentium à fide Christi recederent, & imitator pastoris boni perderet gregem sibi creditum. Quod si pie, si honestè, si necessariò Petrus à cibus lege prohibitis abstinuit inter gentes, ne Iudæos astantes offenderet: cur hoc eius factum, & simulatio, & superstitiosa quidem ac praua uocatur? cur inter eius peccata connumeratur? Rectè oia; si modò commodè interpretari; si sana mente intelligere velimus. An ille, qui non ut legi obtemperaret, quam optimè sciebat ad salutem non esse necessariam, sed ut Iudæis id fraudi ne esset, à cibus lege vetitis ablinebat, non verè simulabat? eam autem simulationem, si superstitiosam, si prauam appellat auctores boni, non ab animo Petri, qui ab omni superstitutionis labe purus, & integer erat; sed ab eo, qui ex ea re Petro nec opinante, nec animum aduertere nascebatur effectus; id est, ex ea offensione, qua Iudæi id uidentes afficiebantur; ita appellant. Quod quidem si Paulus non animaduertisset, magna sine dubio, & praua superstitio, in animis eorum qui aderant esset extorta. Hunc verò siue errorem siue lapsum, siue èt peccatum appellare libet, in quod inuitè inopinantem quidem certè Petrum cecidisse videmus: quid prohibet, quin in aliorum eius peccatorum numero possit referri? Illud autem quod hoies quidam leuissimi dicunt, falsum omnino, & plenum erroris arbitratur: Petrum ab Augustino mendacii reprehendi, cum in eo tåtoperè Augustinus allaborasse videatur, ut Hieronymù doceat, quàm maximè absurdum sit, exiltimare, simulatè, si ceterè Petrum à Paulo fuisse reprehèsim. Ex quo statim illud sequeretur, quo nihil in re Christiana magis perniciosum ex cogitari potest; in sacris literis esse aliquod mendacium; quæ siquidò affirmant, Petrum reprehensione dignum fuisse: quod in Euangelii veritate rectè non ingrederetur. Mihi uidetur (inquit

*Eras. in  
anno. epi  
stol. ad  
Galat.*

*Epist. 9.*

quit Augustinus) exitiosissimè credi, aliquid in libris sanctis esse mendacium: id est, eos homines per quos nobis illa scriptura ministrata est, atque conscripta aliquid in libris suis fuisse mentitos. Alia quippe quæstio est, sit ne mentiri aliquando iuri boni; & alia quæstio est, vtrum scriptorem sanctarum scripturarum mentiri oportuerit; immò uerò non alia; sed nulla quæstio est, admisso enim semel in tantum auctoritatis fastigium aliquo officioso mendacio; nulla illorum librorum particula remanebit, quæ non (vt cuique uidebitur) uel ad mores difficilis, uel ad fidem incredibilis, eadem perniciosissima regula ad mentientis auctoris consilium, officiumque referatur. ò Pauli ardentem, & inflammatam amore ueritatis Euangelicæ reprehensionem: ò Petri ad mirabilem, & nunquam obliuiscendam patientiam, atque modestiam! Discite vos, qui summo pastori summoque sacerdoti adestis in consiliis, quales, & quàm amantes ueritatis eè uos oporteat, si uestro fungi uultis officio. Discite summi sacerdotes, quàm modestos, & quàm patientes uos esse deceat in audiendis senatorum sententiis. Hæc libertatis, & modestiæ præclarissima exèpla, si uobis utriq; cum in senatu, tum in sermonibus præponeretur ad imitandum, melius omnino cum quibus à Christo curæ uestre cõmissis ageretur, & Respublica Christiana, quæ bellis intestinis fœdissimè iam diu conflagrauit, aliquando uestris consiliis recreata quiesceret: uerum ut procax & temeraria Porphyrii lingua refrænetur, & corû qui Porphyrium nostris temporibus imitantur, audacia cõprimatur: Quid de Pauli libertate, quid de Petri modestia dicat Augustinus, attendite. Petrus (inquit) quod à Paulo fiebat utiliter libertate charitatis, sancta, ac benigna pietate humilitatis accepit, atque ita rarius, & sanctius exèplū posteris præbuit, quo non dedignaretur, sicubi forte recti tramitem reliquissent, èt à posterioribus corrigi, quàm Paulus, quo confidenter auderent etiam minores maioribus pro de-

*Epist. 9.*

sendenda Euangelica ueritate salua fraterna charitate resistere. Nam cum satius multo sit a tenendo itinere, in nullo, quam in aliquo declinare: multo est tamen ad mirabilius, & laudabilius libenter accipere corrigentem, quam audacter corrigere deuiantem. Est laus itaque in ista libertatis, in Paulo, & sanctae humilitatis in Petro: quae quantum mihi pro modulo meo videtur, magis fuerat aduersus calumniatorem Porphyrium defendenda, quam ut ei daretur obtrestandi maior occasio, qua multo mordacius crimineretur Christianos fallaciter uel suas litteras scribere, uel Dei sui sacramenta tractare, & in huius ad Galatas epistolae commentariis hunc ipsum de quo loquimur, locum tractans: Firmitas igitur, & charitas Petri, cui ter a Domino dictum est: Amas me? Pasce oves meas, obiurgationem posterioris pastoris pro salute gregis libentissimè sustinebat. Nam erat obiurgatore suo ipse qui obiurgabatur mirabilior, & ad imitandum difficilior; facilius est enim uidere, quid in alio corrigas, atque id vituperando, uel obiurgando corrigere, quam uidere, quid in te corrigendum sit, libenterque corrigi, uel per te ipsum, nedum per alium, adde posteriorem, adde coram omnibus. Valet autem hoc ad magnum humilitatis exemplum, quae maxima est disciplina Christiana: humilitate enim conseruatur charitas. Et ut grauem, ac difficilem locum hunc aliquando concludamus, testatumque posteris; quid in eo explicando senserimus, relinquamus: Haec est nostrae explanationis ratio, ut neque Augustinum, aut Hieronymum in huius, aut illius uerba iurantes planè sequamur, neque eorum sententias penitus reiiciendas esse putemus; sed mediam quandam inter utrumque teneamus uiam. Petrum igitur, cum prudenti quadam aconomia ea faceret, quae Paulum ipsum fecisse legimus, non peccasse cum Hieronymo dicimus: rursusque cum Augustino non esse ab omni prorsus culpa liberamus, propter eam quae de necessitate legis ad salutem apud exterarum gentes ex ea

re nascebatur Euangelicae ueritati maximoperè pestilentem, & perniciosam opinionem; quanquam in Hieronymo constantia desiderari posse uideatur, qui contra Pelagianos disputans, inquit: Vult certè Deus tales esse Episcopos, siue presbyteros, quales uas electionis docet. Primum quod dixit irreprehensibilis; aut nullus, aut rarus. Quis est enim qui non quasi in pulchro corpore, aut naeuum, aut verrucam habeat? Huiusmodi ipse Apostolus dicit de Petro, quod non recto pede inesset in Euangelii ueritate, & intantum reprehensibilis fuerit, ut & Barnabas adductus sit in eandem simulationem: quis indignabitur id sibi denegari quod princeps Apostolorum non habuit?

## QVAESTIO XVI.

*De iustificatione, an uni fidei, omnibus exclusis operibus, tribuenda.*

## LOCVS XVI.

*Scientes quod non iustificatur homo ex operibus legis.*

## ARGVMENT. HAERETICORVM.

TOTA quae sequitur Pauli oratio sibi constans, & secum ipsa consentiens, in eo uersatur, ut fidei omnem tribuat iustitiam, & nullam eius partem operibus concedat; quae est usque adeo aperta, ut nulla egeat confirmatione.

## REFVTATIO.

PAVLVS semper in ea quaestione, quae est de iustificatione

ficatione contra legem pugnat, & opera legis. At quam fallax est, & captiosa conclusio, si simpliciter efficias, ergo pugnant contra opera? sunt enim opera legis, sunt etiam opera spiritus. Lex autem dum sceleribus penam constituit, ponit in metu peccantes; cuius quidem metus impulsu legi quandoque obtemperant homines, & ea agunt, quæ lege præcipiuntur: sine spiritu autem & eius operibus nulla vera potest esse iustitia. Hic ille est Dei spiritus, qui quos iustos efficit, incunde allicit, ac suauiter monet, vt nullo seruili metu, sed sua sponte in lege sint Christi, cum Paulo ipso dicentes: Factus sum iis qui sine lege erant, tanquam sine lege essem, cum sine lege Dei non essem; sed in lege essem Christi. Hæc illa sunt opera, quæ fructus spiritus in hac epistola Paulus appellat: cum à lege fluant, quam ille idem Paulus legem spiritus nominat. Quare Dominus, & seruator noster Iesus Christus non; ea tantum ratione legislator dicitur, quod legem vitæ, & disciplinæ Christianæ promulgauerit, & per Apostolos suos propagauerit: sed multo etiam magis, quod hanc legem spiritus, quæ quandoque dicitur charitas, in animis inserit eorum, qui legi fidei sese submiserunt: hoc est, qui in ipsum crediderunt. His igitur non legis operibus magnam iustitiæ partem perpetuus tribuit vniuersæ Christi ecclesiæ consensus.

1. ad Cor.

## Q V A E S T I O XVII.

*De fiducia operum.*

L O C V S XVII.

*Non iustificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem Iesu Christi.*

A R G V.

A R G V M E N . H A E R E T I C O R V M .

VBI est fiducia operum, nullum ibi locum habere potest fiducia in Iesum Christum. Ex fiducia ergo operum facile negatur, & amittitur Christus.

## R E F V T A T I O .

SI ex Pauli doctrina ritè ratiocinari velimus, & nihil ad nostrum arbitrium cōfingere, & comminisci: sic erat dicendum, ubi est fiducia operum legis, qualis erat in illis, qui ex lege iustitiā quærebant, nullum ibi locum habere potest fiducia in Iesum Christum, contra quam sententiam, cum vera, sinceraque sit, nulla datur dicendi facultas. Nam si ex lege iustitia: Christus gratis mortuus est. At uerò, qui nullo suorum operum merito, ex fide in Iesum Christum iustitiā adepti sunt: sancto Christi spiritu imbuti operibus nituntur, & confidunt, non tam suis, quàm iis, quæ ille ipse spiritus in ipsis, & per ipsos efficit. Huius autem spiritus interiore testimonio non solum nos esse Dei filios discimus: sed illud quoque docemur, & credimus opera omnia nostra illius spiritus ductu facta, Deo clementi, ac misericordi parenti nostro grata esse, & accepta, & copiosam eis in cælo remunerationem, atque mercedem esse repositam: in cuius expectatione, & fiducia in omnibus tormentis positos gaudere nos, & exultare voluit Christus: ex horum igitur operum fiducia, Christum neque negamus, neque amittimus: sed arctiore cum illo uinculo deuincimur, & magis, magisque coniungimur.

Mat. 5.  
Luc. 6.

## Q V A E S T I O XVIII.

*De differentia operum legis, & gratiæ.*

L O C V S

*Non iustificatur homo ex operibus legis.*

ARGV MEN. HAERETICORVM.

OPVS legis simpliciter hoc loco accipiendum per antithesim contra gratiam. Quicquid ergo non est gratia, lex est: siue sit iudicialis, siue caeremoniale, siue decalogi. Ideo si quis etiam fecerit opus legis secundum hoc praecipuum: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, &c. tamen non iustificabitur coram Deo, quia ex operibus legis non iustificatur homo.

R E F V T A T I O .

PAVLVS opponit legem gratiae. Quare in ea quae est ad Romanos epistola, inquit, non estis sub lege, sed sub gratia. Opponenda ergo sunt opera legis operibus gratiae. Illa metu fiunt, quem lex incutit; haec charitate, & amore, ad quem Dei spiritus allicit, & attrahit. Illa saepe numero iniusti exequantur, haec non nisi iusti, quibus ne lex quidem posita est. Nam (vt Augustinus ait) supra ipsam quodammodo legem viuit, qui cum dilectione iuste viuit. Illa ad iustitiam hominem non perducunt: Haec iustitiam conferuant, atque amplificant, quibus amplissimum quoque sempiternae vitae praemium propositum est. Quamobrem Paulus: Bonum (inquit) certamen certavi, cursum consummaui, fidem seruaui: in reliquo reposita est mihi corona iustitiae, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex. De illis accipienda hoc loco est Pauli sententia. De his cum alio loco inquit: Dei sumus factura, creati in Christo Iesu in operibus bonis, quae praeparauit Deus, vt in illis ambulemus. Itemque cum ait, Iesum Christum dedisse semetipsum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate,

*In epistola ad Galatas.*

*2. Tim. 3*

*Ephes. 2. ad Tit. 2*

rate, mundaretque sibi populum acceptabilem sectatorem bonorum operum.

Q V A E S T I O X I X .

*De differentia iustitiae legis, & fidei.*

L O C V S X I X .

*Nos in Christum Iesum credidimus ut iustificemur ex fide Christi, et non ex operibus legis.*

ARGV MEN. HAERETICORVM.

OPPONIT Paulus iustitiam fidei per antithesim omni iustitiae legis, quae scilicet ex lege parari possit, quacunque virtute siue diuina, siue humana. Quamuis ergo sancta sit lex iusta, & bona, & opera legis sancta sint, iusta, & bona; per ea tamen non iustificatur homo coram Deo; sed per iustitiam fidei, quam Deus gratis imputat, ex misericordia propter Christum.

R E F V T A T I O .

IUSTITIA fidei, fidem, & opera, quae ex diuina gratia fidem ipsam comitantur, complectitur: ea per antithesim opponitur iustitiae legis; hoc est, operibus a natura vnus legis praesidio munita, ab omni fide, & gratia nuda, & vacua prodeuntibus. Non igitur sub iustitia legis continentur opera, quae ex diuina virtute, fide videlicet, & gratia progrediuntur, quae ad iustitiam fidei praecipue pertinent. Quamobrem Augustinus: Lex (inquit) adducit ad fidem, fides impetrat spiritum largiorem: diffundit spiritus charitatem, implet charitatem legem. Qui etiam dum Pauli illud explicaret, quod ad

*Epistola 144.*

ad Romanos scripsit; Non excludi hominis gloriatio nem per legem factorum; sed per legem fidei, in hanc sententiam loquitur: Gloriatio vitiosa, eorum scilicet, qui cum sibi iuste videntur viuere, ita gloriatur, quasi illud non acceperint; non per legem factorum, sed per legem fidei excluditur: quia per legem fidei quisque cognoscit, si quid bene viuit, Dei gratia se habere: & ut perficiatur in dilectione, non se aliunde consequatur. Quid item inter legem factorum, & fidei interfit, sic explanauit. Quod operum lex minando imperat: hoc fidei lex credendo impetrat. Illa dicit: Non concupisces. Ista dicit: Cum scirem quia nemo potest esse continens, nisi Deus det (& hoc ipsum erat sapientiae scire, cuius esset hoc donum) adij Dominum, & deprecatus sum. Ista est illa sapientia quae pietas vocatur, quae colitur pater luminum, à quo est omne datum optimi, & omne donum perfectum. Colitur autem in sacrificio laudis, actionisque gratiarum, ut cultor eius non in seipso, sed illo gloriatur, ac per hoc lege operum dicit Deus: Fac quod iubeo; lege fidei dicitur Deo. da quod iubes: ideo enim iubet lex, ut admoneat, quid faciat fides, id est, ut cui iubetur, si nondum potest, sciat quid petat: si autem continuo potest, & obedienter facit: debet etiam scire quo donante possit. Illud etiam Apostoli: Legem non destruimus per fidem, sed statuimus: huc referendum est: Augustinus aperte ostendit, eum inquit, Lex non euacuatur: sed statuitur per fidem, quia fides impetrat gratiam, quae lex impleatur. Ex quibus omnibus manifestè deprehenditur, quae legis, quae fidei iustitia sit, ut cum Augustino concludere liceat: Non iustificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem Christi Iesu, ut impleat opera legis, adiuuante infirmitate sua: quoniam ex operibus legis cum suis viribus, ea quisque tribuit non gratiae miserantis Dei, non iustificabitur omnis caro.

De spiri-  
tu & lit-  
tera c. 10

Cap. 13.

Cap. 30.

In Episto-  
la ad Ga-  
lathas.

## QVAESTIO XX.

De iusto ex fide an lege opus habeat, itemque de legis, & gratiae usu.

## LOCVS XX.

Si querentes iustificari in Christo, inueniamur & ipsi peccatores: nunquid Christus peccati minister est? absit.

## ARGVMENT. HAERETICORVM.

PAVLI hæc est argumentatio, non tantum contra falsos Apostolos, à quibus Galatarum fuerat contramata fides: sed & contra eos, qui hoc tempore docent, præter Christi iustitiam, necessariam esse legem ad iustitiam adipiscendam. Est autem argumentum tale. Si is, qui in fide Christi iustitiam quaerit, adhuc lege opus habet, ut iustitiam consequatur, non erit Christus iustitiae, sed peccati minister, qui fidem illius iustitiae hominem sub lege relinquat. Qua ratione ex Christo fit lex, & ex lege Christus, quo nihil dici, aut existimari potest absurdius.

## REFVATIO.

QVI ex fide in Christum, iustitiam aut quaerit, aut iam adeptus est, liber sit prorsus, ac solutus à lege Moysi, necesse est. Verum lege Christi opus habet, non ut iustitiam nanciscatur: sed ut eam sibi conseruet, & auget, qui non sub lege, sed in lege esse dicitur Christi: quæadmodum, & Paulus de se confitetur. Dicitur esse supra legem esse, hoc est, supra meritum, quem incutit lex. Nam (ut ex Augustino docuimus) qui cum dilectione

2. Cor. 9.

Quæst. 18

lectione iustitiæ viuuit, quodammodo supra ipsam legē viuuit. Neque verò hac ratione ex Christo fit lex, aut ex lege Christus: cum Christus peccata condonet, quod nunquam lex potuit: Christus gratiam præstet, & auxilium, quo legi possit obtemperari; lex verò præcipiat tantum. Quamobrem de vsu legis, & gratiæ Christi nõ nouas hominum inuentiones, & excogitationes sequamur: sed ad veterem Augustini sententiam, tanquam ad firmissimam columnam adhærescendum esse prædicemus. Lex enim (inquit) docendo, & iubendo quod sine gratia impleri non potest, demonstrat homini suam infirmitatem; vt querat demonstrata infirmitas saluatorem, à quo sanata voluntas possit, quod infirma non poterat. Sequuntur deinde ea, quæ in refutando priore argumento recitauimus.

*Epistola*  
*144.*

## QVAESTIO XXI.

*De bonis iustorum operibus an Christo gloriam eripiant.*

LOCVS XXI.

*Ex operibus legis non iustificabitur omnis caro.*

ARGVMENT. HAERETICORVM.

CVM in loco iustificationis versamur, omnia sunt opera reiicienda; alioqui gloriam Christo adimus, eamque ad nostra opera traducimus. Bona igitur omnia sunt facienda; mala ferenda, sanguis fundendus (si res ita postulet) propter Christum; sed per hæc neque iustitiam, neque salutem consequimur.

REFVTATIO.

*HOc* argumentum ita concludunt, ac si nostrum quispiam

quispiam doceret: iustos ex operibus, quibus & eorum iustitiam confirmari, & crescere dicimus, & ad sempiternam quoque salutem perducere: sibi ipsis gloriam aucupari, cum nihil omnino minus cogitemus; sed constanter asseramus, bonorum omnium operum laudem omnem, omnemque gloriam ad Christi gratiam esse reuocandam; qui viuuit in iustis, loquitur, bona efficit omnia. Nõ est igitur verendum ne nostra hac prædicatione Christo gloriam eripiamus, eamque nobis ipsis ascribamus: cum Christi illud non modò Apostolis, verum omnibus dictum fuisse ingenuè, & apertè constitemus. Sicut palmes non potest ferre fructum à semetipso, nisi manserit in vite; sic nec vos, nisi in me manseritis. Ego sum vitis, vos palmites: qui manet in me, & ego in eo: hic fert fructum multum, quia sine me nihil potestis facere. Collegi ex beatissimo patre Augustino locos aliquot, quos Iubieci: vt quænam fuerit illius de bonis iustorum operibus sententia, quisque intelligat. In libro confessionum ad Deum sic loquitur: Quisquis tibi enumerat vera merita sua, quid tibi enumerat, nisi munerata tua? O si agnoscant se omnes homines: & qui gloriatur in Domino gloriatur. Epistola cxx. Tunc recte, tunc iuste, tunc pie fit, cum opus bonum in eius laudem fit, cuius gratia donatur, vt fiat. In libro de spiritu, & littera, magni Prophetæ Davidis verba perpendens, inquit: Prætere Domine misericordiam tuam scientibus te, & iustitiam tuam iis, qui recto sunt corde; neque enim quia sciunt, sed etiam vt sciant cum prætendit misericordiam suam: nec quia recti sunt corde; sed etiam vt recti sint corde prætendit iustitiam suam, quia iustificat impium: Non veniat mihi pes superbiæ, & manus peccatoris non moueat me. Superbiæ vitium oritur, cum sibi quisque præfidit, seque sibi ad viuendum caput facit; quo motu recediunt ab illo fonte vitæ, cuius solius haultu iustitia bibitur, bona se habet vita, & ab illo incommutabili lumine, cuius participatione anima rationalis,

Ioan. 15.

Lib. 9. c.

12.

Cap. 19.

Cap. 7.

Psal. 35.

iis,



lis, quodammodo accenditur, vt sit etiam ipsa factum, creatumque lumen: sicut erat Ioannes lucerna ardens, & lucens, qui tamen vnde luceret, agnosceret: Nos (inquit) de plenitudine eius accepimus. cuius nisi illius vtique in cuius comparatione Ioannes non erat lumen? Illud enim erat verum lumen, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, de quo dixerat: Apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen. Ibi ceciderunt, qui operantur iniquitatem, expulsi sunt, nec potuerunt stare. Hac impicitate, quæ tri buit sibi quisque, quod Dei est, pellitur in tenebras suas, quæ sunt opera iniquitatis: opera verò iustitiæ non facit, nisi quantum ex illo fonte, atque ex illo lumine percipit: vbi nullius indigens vita est, & vbi non est commutatio, nec momenti obumbratio. Secunda quoque quæstione libri primi ad Simplicianum: Vocantis (inquit) est gratia: percipientis verò gratiam consequenter sunt opera bona, non quæ gratiam pariant, sed quæ gratia pariantur. Non enim vt ferucat, calefacit ignis, sed quia ferucat: nec ideo bene currit rota, vt rotunda sit: sed quia rotunda est. Sic nemo propterea bene operatur, vt accipiat gratiam, sed quia accepit. Quomodo enim potest iuste viuere, qui non fuerit sanctificatus? vel omnino viuere, qui non fuerit sanctificatus? vel omnino viuere, qui non fuerit viuificatus? Iustificat autem gratia, vt iustificatus possit viuere iuste. Ex quibus omnibus aperte liquet quæ fuerit Augustini de vera iustitia, & sanctis iustorum operibus sententia: nempe illa, vt omnis illorum laus, & gloria ad diuinam misericordiam & Christi gratiam sit referenda. Propterea Christus ipse dixit: Sic luceat lumen vestrum coram hominibus, vt videant bona opera vestra, & glorificent patrem vestrum, qui in caelis est.

QV AESTIO

*De Paulo Apostolo quomodo per legem legi mortuum se esse dixerit.*

LOCVS XXII.

*Ego per legem legi mortuus sum, ut Deo uiuam.*

ARGVMENT. HAERETICORVM.

NEMO Christi Iesu religionem verè suscepit, qui Paulum non debeat hoc loco imitari, ut non fide, aut fallaciter; sed re uera, atque ex animo dicat: Ego per legem, hoc est, Dei gratiam (consuevit. n. quandoq; Paulus gratiam appellare legem, ut suauissima antithesi legem legi opponat, quemadmodum peccatum peccato, captiuitati mors morti, in sacris litteris opponi consuevit) legi mortuus sum, à lege scilicet & omnibus quæ in lege ad terrorem proponuntur, liber sum, & solutus: cum sola fide contentus non amplius per legem iustitiam quæro, qua ratione uiuo Deo, per gratiam uidebitur, & fidem: propter Christum iustitiam consequor sine lege, & operibus.

Rom. 8.  
Ephes. 4.  
Gal. 13

REFVTATIO.

PAULI uox ista si bene & pie dicta malè & peruersè (quod in argumento fit) non interpretemur, nõ est dubium quin Christianorum omnium uox esse debeat, cuius non ex meo quidem sensu; sed ex summorum doctorum interpretatione, & ex Pauli ipsius aliis locis in huc collatis, illa uideatur esse germana sententia: Ego per legem legi mortuus sum. Cum in lege uersarer, uideremq; fieri non posse, ut iustitiam per solam

M legem

legem consequeretur, relicta lege tanquam legi mortuus ad Christum Iesum me contuli, in quem credens, eam, quæ per fidem contingit iustitiam sum consequutus. Ad quidem Paulus paulò ante explicauerat, cum dixisset: Nos natura Iudæi, & non ex gentibus peccatores, scietes quòd non iustificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem Iesu Christi, & nos in Christum Iesum credidimus, ut iustificaremur ex fide Christi, & non ex operibus legis. Quem locum Chrysostomus ita interpretatur. Lex iubet omnia fieri, quæ in ipsa scripta sunt, ac non facientem punit. Omnes igitur illi mortui sumus, eò quod nullus eam impleuerit. Augustinus quoque locum eundem in eandem sententiam explicauit, dicens. Mortuum se Paulus legi dicit, ut iam sub lege non esset, sed tamen per legem, quia Iudæus cum esset, legem tanquam pædagogum acceperat; hoc autem agitur per pædagogum, ut non sit necessarius pædagogus, sicut per ubera nutritur infans, ut iam uberibus non indigeat; et per nauem peruenitur ad patriam, ut iam nauis opus non sit. Sed cauendum est, ne legi mortuus, et fide in Christum iustitiam consequutus, tanquam adeptus omnia ad iustitiam adhuc atque ad uirtutem progressionem negligas, cum ea quoque ratione, legi mortuus ad Christum accesseris, ut uias Deo, gratiam uidelicet, & auxilium accipias, quòd liberè absque ullo legis metu, tanquam lege superior iam factus, & à pædago liberatus, legis mādatis nullo cogentis pœnæ metu; sed vna erga Deum patrem caritate permotus tanquam filius, obtemperes, & (ut Augustinus sepius inquit) legem impleas. Hanc huius loci sententiam ex Pauli ipsius sensu depromptam esse intelliges, si, quæ ad Romanos scripsit, attentè consideraueris. Inquit. n. quod impossibile erat legi, quia infirmabatur per carnem, misit Deus filium suum in similitudine carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne, ut iustificatio legis impleretur in nobis, qui nõ secundum carnem ambulamus; sed secundum spiritum.

Rom. 8.

QV A E

## QV A E S T I O XXIII.

De operibus quibus iustitia tribuenda est.

L O C V S XXIII.

Quod nunc uiuio in carne, in fide uiuio filii Dei.

A R G V M E N . H A E R E T I C O R V M .

GERMANA hæc est Christianorum hominum uita, ut dum uiuunt in carne. i. dum naturalem atque animalem ducunt (quod ad iustitiam, & salutem attinet) in fide uiuant filii Dei. Qui ergo iustitiam operibus tribuunt; non in fide filii Dei; sed in propriis uiuunt iustitiis, & operibus. Quam igitur longè diuersi, ac dissimili habeant à Christiana cum uita, tum iustitia, nemo non uidet.

R E F U T A T I O .

Si de operibus sermo sit, quæ nullo fidei fundamentò nitantur, quod in argumento concludit; nemo planè infirmare, aut conuellere poterit. At uerò nos, qui operibus iustitiæ conseruationem & incrementum tribuimus, de illis loquimur, agimusque; operibus, quibus firmissima præiacta sunt fidei fundamenta; qua ratione in fide uiuimus filii Dei, dum quæcunque rectè cogitamus, loquimur, agimus, ad ea, quæ in principio sunt, fidei fundamenta referimus; cuius etiam gratiæ, quæcunque manare à nobis bona uidentur, tribuimus. Quare Paulus cum fidei fundamentum iecisset, dixissetque: Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id, quod positum est, qui est Christus Iesus, de operibus

I. Cor. 3.

M 2 ribus

ribus adiunxit: Si quis autem superædificat super fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides pretiosos. Quibus uocabulis uaria bonorum operum genera designantur, quæ nisi in fide fundata essent, nullius omnino pretii essent. Hinc Augustinus quomodo accipiendum est, quod Apostolus ait, ex fide iustificari hominem, non ex operibus; explanans inquit; Quia fides prima datur, ex qua impetrentur cætera, quæ propriè nuncupantur operibus, in quibus iuste uiuitur.

*De præd.  
Jan. c. 7.*

## QV AESTIO XXIIII.

*De operibus cur post adeptam iustitiam necessaria sint.*

## L O C V S XXIIII.

*Filius Dei dilexit me & tradidit semetipsum pro me.*

## A R G V M E N T. H A E R E T I C O R V M.

*1. Cor. 7.* M A G N V M hoc, atque adeo infinitum precium, quo (ut Paulus Apostolus inquit) empti sumus, quibus operibus cumulari, atque ad augeri posse putamus, ut ad illud de nostro aliquid addi, atque afferri existimemus? an uero sine nostris operibus placari Deum non posse credendum est, hoc uno duntaxat immenso, & infinito pretio, morte scilicet, & sanguine filii sui, cuius gutta partibus infinitis maior, & præstantior, & pretiosior est omni creatura?

## R E F V T A T I O.

L O N G E quidem ab ista sententia absumus, ut ad inusti-

inestimabile illud nostræ salutis pretium, quod ad Dei gratiam, siue iustitiam adipiscendam attinet, addi quicquam posse cogitemus, scientes (ut Apostolorum princeps Petrus inquit) quod non corruptibilibus auro, uel argento redempti sumus, de uana nostrâ conuersatione paternæ nostræ traditionis: sed pretioso sanguine quasi agni immaculati Christi & incontaminati; nullo ergo factis nullaque opera nostra; sed inestimabili tantum huius sanctissimi sanguinis pretio demitigatus est nobis Deus, atque reconciliatus. Verum posteaquam in Dei gratiâ unius Christi gratia rediimus, quicquid bonorum operum non de nostro; sed de Dei ipsius gratia afferimus, animas nostras castificantes in obedientia charitatis, ut Petrus mandat: id totum ad iustitiâ gratis nobis collatâ confirmandâ, conseruandâ, atque etiam ad augendam pertinet. Num (ut Paulus ait) dedit Iesus Christus semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate, & populum sibi mundaret acceptabilem, sectatorem bonorum operum. Qui etiam dum Corinthios ad eleemosynam hortatur, insigni illa, & notabilis utitur diuinæ remuneratiõis promissione. Potens est Deus omnem gratiam abundare facere in uobis, ut in omnibus semper omnè sufficientiam habentes abundetis in omne opus bonum, sicut scriptum est: Dispersit, dedit pauperibus: iustitia eius manet in sæculum sæculi. Qui autem administrat semen seminanti; & panem ad manducandum præstabit, & multiplicabit semen uestrum, & auget incrementa frugum iustitiæ uestre, ut in omnibus locupletati abundetis in omnem simplicitatē, quæ operatur per nos gratiarum actionem Deo!

*1. Pet. 1.*

*Tit. 2.*

*1. Cor. 9.*

## QV AESTIO XXV.

*De accessu ad Christum per fidem absque meritis.  
Deque merito congrui.*

M 3

Locvs

*Dilexit me, & tradidit semetipsum pro me.*

ARGVMENT. HAERETICORVM.

SI meritis, siue de congruo, siue de condigno, cognoscere Christum, atque ad eum uenire possumus: quid opus erat, ut ipse se ipsum pro me traderet? quid opera iactamus, & merita? si perditus ego, & damnatus peccator potuisssem alio quouis pretio redimi, quid opus fuisset pro me tradi filium Dei? Cum ergo aliud nullum neque in caelis, neque in terris extaret pretium praeter Christum filium Dei: summa ille charitate dilexit me, summa necessitate redemit, & semetipsum tradidit pro me.

REFVATIO.

ODOLORAM, & exitiosae malitiae plenam fallaciam: o versutos, & callidos homines: o pestem ad interitum natam exitiumque catholicae ueritatis: Verè de talibus magnus dixit Basilius: Ecquis vnquam in ecclesia catholica docuit, potuisse quenquam suis meritis Christum agnoscere, atque ad eum uenire? ubi illud

*epist. 61.*

*Ioan. 6.*

Christi semper legit, atque praedicatur: Omne quod dat mihi pater, ad me ueniet; hoc est, in me credet, ut Augustinus exposuit. Itè illud, Omnis, qui audiuit à patre, & didicit, uenit ad me. Remota est (inquit Augustinus) à sensibus carnis, schola, in qua pater auditur docens per spiritum, ut ueniatur ad filium. Gratia. n. ueniendi ad Christum, quae occultè humanis cordibus diuina largitate tribuitur, à nullo duro corde respuitur; ideo quippe tribuitur, ut cordis duritia primitus auferatur: quò ergo

*De pra.*

*san. c. 8.*

*ubi sup.*

pater intus auditur, & docet ut ueniatur ad filiù, auferat

*Exe. 11*

cor

eor lapideum, & dat cor carneum; sicut Propheta praedicante promissit: Sic quippe facit filios promissionis & uasa misericordiae quae praeparauit in gloriam. Quis unquam cù de fide, uel de accessu ad Christum sermo est, aut opera iactauit, aut merita? cur semper in ecclesia Augustini doctrina regnauerit, quam subiticio? Homines nullis existentibus meritis uocantur: uocari, ut aliquid boni operentur, Dei adminiculo egent. Quod probat Apostolus hoc testimonio: Misereor, cuius miserebor; & misericordiam praestabo cui misericordia fuero, ut prima sit misericordia uocationis, quae sola non sufficit si deserat, qui uocauit, ac per hoc secunda sit misericordia operationis. At uerò opera, quae merita de congruo nostri appellat, uos magno conuicio exhibetis, & exproditis, quid aliud apud nos sunt, nisi quae diuina antecedeat gratia, & non sine aliqua fide (ut de Cornelio scribit Augustinus) ab his fiunt, quos primò leuiter, ac sensim praeparare, ac paulatim habiles reddere; deinde salutari Iesu Christi cognitione ac fide plenius, atque perfectius informare, atque adeò implere uoluerit? quae tū à nobis requirit Deus, cum praecipit, ut ad eum uertamur, tum efficit cum ad se nos uolentes quidem, & diuinæ gratiae cupidos conuertit. Quare cum praecipit ille, Conuertimini ad me; precandū est nobis, Conuerte nos Dñe ad te, ut (quae admodum supra ex Augustino docuimus) lege operit dicat Deus: Fac quod iubeo. lege fidei dicamus Deo, Da quod iubes. Quis denique aliud ullum, humanæ salutis pretiū, praeter unā xpi filii Dei sanguinis largā pro nobis effusione ex diuina eius erga nos charitate fluentē, cuius gratiam consequuti, uitā promeremur, & salutē sempiternā. Nam (ut Augustinus ait) non datur gratia nisi aliqua merita; sed bona omnia efficit merita.

*De praed.  
& gratia c. 10.*

*Roma. 9.*

*De praed.  
san. c. 7.*

*Quae. 19*

*De pra.  
san. c. 2.*

QVAESTIO XXVI.

*De Christo Iesu liberatore, legislatore, & iudice.*

*Dilexit me, & tradidit semetipsum pro me.*

ARGVMENT. HAERETICORVM.

HIS verbis, quibus purissima continetur gratia, & iustitiae Christianae praedicatione, offert mihi Paulus Iesum Christum, quem, & mihi beneuolum describit libertatem meum; qui sua morte legis seruilis iugum, a mea ceruice deiecerit, a quo in omnibus mihi conscientiae molestiis, & angoribus omnis consolatio petenda sit. Vos longè alium & planè totum ab hoc quem dico diuersum mihi Christum ostenditis: legislatorem, iudicem, exactorem, tyrannum, & qui maiorem habeat ad deterrendum, quam ad cohortandum uim: maiorem perdedi, quam seruandi potestatem.

REFVATIO.

AN non Paulus idem, Christum Iesum legislatorem facit, qui in lege Christi se esse confitetur? De qua obscuro lege loquitur, cum inquit primum; Plenitudo legis est dilectio: deinde per charitatem seruite inuicem. Omnis enim lex in vno sermone impletur: Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Deniq; alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi. An non iudicem suum primum cum ait: Qui iudicat me, Dominus est. Deinde omnium cum praecipit: Nolite ante tempus iudicare, quoad usque ueniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, & tunc laus erit unicuique à Deo. At non huius iudicii horribilem terrorem attulit, cum ad Romanos scripsit: Secundum duritiam

tuam,

tuam, & impoenitens cor, Theaurizas tibi iram, in die irae, & reuelationis iusti iudicii Dei: qui reddet unicuique secundum opera eius, iis quidem, qui secundum patientiam boni operis gloriam, & honorem, & incorruptionem quaerunt vitam aeternam: iis autem qui sunt ex contentione, & qui non acquirunt veritati, credunt autem iniquitati, ira, & indignatio? Quid? Christus ipse Iesus nonne se iudicem esse seipsum declarauit? cum apud Matthaeum dixerit: Filius hominis venturus est in gloria patris sui cum angelis suis, & tunc reddet vni cuique secundum opera eius. Et apud Ioannem: Pater omne iudicium dedit filio, & sicut Pater habet vitam in semetipso, sic dedit & filio habere vitam in semetipso, & potestatem dedit iudicium facere, cuius iudicii terribilem nobis formam, quam intentis animis contemplamur, reliquit. Nonne legis latorum, cum mala scribarum, & pharisaeorum interpretatione deprauata diuinorum mandatorum disciplinam restituit, & corrigi, & ea insuper addit, quibus adiuti firmiores, & valentiores ad mandatorum Dei obedientiam peruenire possumus? Tyrannus verò nulla ratione dici potest, is cuius lex in gratia spiritus sancti, quae per fidem datur, potissimum posita est: cuius vi nostra sponte, ac liberè legi obtemperamus. Quare Paulus legem Christi, legem spiritus vitae in Christo Iesu appellat, qua liberatum se esse dicit à lege peccati, & mortis. Quae etiam ratione Augustinus inquit: Plenitudo legis, charitas. Haec non in tabulis conscripta lapideis, sed diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Lex ergo Dei est charitas. Et quid sunt leges Dei, ab ipso Deo scriptae in cordibus, nisi ipsa praesentia spiritus sancti, qui est digitus Dei, quo praesente diffunditur charitas in cordibus nostris, quae plenitudo legis est, & praecipii finis? Integram igitur vobis Christum ostendimus, quem Paulus & qualem se ipse describit, qui terreat, & consoletur;

prae-

*Mat. 16*

*Ioan. 5.*

*Mat. 25*

*Rom. 8.*

*De spiri-  
tu, & li-  
tera c. 17*

*Rom. 13  
Gal. 5.  
Gal. 6.*

*1. Cor. 4.*

*Rom. 2.*

præcipiat, & adiuuet, liberet à iugo seruilis, ac durissimo legis, & suum imponat suauis & leue, sub quo requiescimus inueniamus animabus nostris.

## Q V A E S T I O XXVII.

*De gratia Christi, quomodo per legem abiciatur.*

## L O C V S XXVII.

*Non abiicio gratiam Dei.*

## A R G V M E N . H A E R E T I C O R V M .

**A B I I C E R E** gratiam est legi ea opinione adhaerere, quasi per eam homo iustitiam possit adipisci. Quod qui facit, Christum relinquit, & salutarem corporis & sanguinis eius hostiam; & (quod horrendum dictum est) non vult per hoc inestimabile pretium saluari, sed per iustitiam aut legis, aut suam propriam satisfacere pro peccatis, & gratiam promereri. In quo errore vniuersus terrarum orbis hodie versatur.

## R E F V T A T I O .

**A B I I C E R E** gratiam id prorsus est, quod in argumento explicatur: ad comparandam scilicet gratiam, atque iustitiam, legem sibi proponere. Quare Paulus adiunxit: Nam si per legem iustitia, Christus gratis mortuus est. Pestilencissimum hunc errorem in quem ab hæreticis, & falsis Apostolis abducti Galatæ fuerat, coarguere semper, & ex suis omnibus finibus expellere, atque exterminare catholica studuit ecclesia, tantum abest, ut in eo versata nunquam fuerit. Qua de re quid Augustinus senserit, qui inter magistros optimos, Cælestino summo Pont. teste habitus semper fuit, ex iis quos

quos subiungam illius lucubrationum locis omnes intelligunt. In eo primum libro, quo selectas quasdam ex epistola ad Rom. sententias explanandas suscepit, sic loquitur: Per legem cognitio peccati: non enim ablatio peccati est; quia per solam gratiam aufertur peccatum. Bona ergo lex; quia ea vetat, quæ vetanda sunt, & ea iubet, quæ iubenda sunt: sed cum quisquam illam viribus suis putat implere, non per gratiam liberatoris sui, nihil ei prodest ista præsumptio. In libro deinde de spiritu & littera: Iustificati, inquit, gratis per gratiam ipsius, non itaque iustificati per legem, non iustificati per propriam voluntatem; sed iustificati gratis per gratiam ipsius: non quod sine voluntate nostra fiat; sed voluntas ostenditur infirma per legem: ut sanet gratia voluntatem, & sana voluntas impleat legem, non constituta sub lege; nec indigens lege. Denique in libro de gratia, & lib. arb. inquit: Sicut iis, qui volentes in lege iustificari, verisimè dicit Apostolus: Si ex lege iustitia, ergo Christus gratis mortuus est. Sic & iis, qui gratiam quam commendat, & percipit fides Christi, putant esse naturam, verisimè dicitur: Si ex natura iustitia, ergo Christus gratis mortuus est. Disiunctissimi igitur, & inter se maximè diuersi sunt, qui per propriam, aut legis iustitiam gratiam quærunt, quod qui faciunt, gratiam ipsam reiiciunt ab iis, qui post adeptam absque vilo merito gratiam, gratiæ ipsius adiumento, vitam omnem ad legis præcepta instituunt, & moderantur; ut (quæ admodum Augustinus inquit) gratia mereatur augeri, & aucta perfici, id quod catholica tenuit semper, & prædicauit ecclesiæ sanctæ communio.

Rom. 14

Cap. 9.

Cap. 13.

Epistol.

106.

## Q V A E S T I O XXVIII.

*De gratia Christi, quæ nullo merito, sed gratis accipitur.*

Locvs

*Si per legem iustitia, ergo Christus gratis mortuus est.*

ARGVMENT. HAERETICORVM.

Si vlllo merito siue congrui appelletur, siue condignitatem, aut iustitiam contingere dixerimus, & Pauli hoc loco verba prudenti iudicio expendimus, rationis huius conclusionem effugere nulla ratione poterimus. Ergo Christus gratis mortuus est; quæ blasphemia est intolerabilis: Diuinæ maiestatis, ac summa illa rerum omnium moderatrix providentia, sine vlla causa, necessitate, fructu, proprio filio suo non pepercit, & morti illum turpissimè addixerit.

REFVATIO.

NVLLO quidem nostro merito Dei gratia nobis contingit, quæ tota vnus Iesu Christi merito, qui nasci pro nobis, cruci affigi, & mori voluit, accepta referenda est: vni inquam decoræ illi, gratæ quæ hostiæ, qua quidem non vlla alia Deus placari potuit. Nam de merito, quod congrui appellatur, quid sentiendum sit, paulò superius expositum est. Pro hac sententia contra Pelagium tuenda vehemens, & pugnax cum aliis sanctis patribus fuit Augustinus, qui ad Sixtum ita scripsit: Nullane igitur sunt merita iustorum? sunt planè, quia iusti sunt: sed vt iusti fierent, merita non fuerunt: iusti enim facti sunt, cùm iustificati sunt. Sed (sicut dicit Apostolus) iustificati gratis per gratiâ ipsius. Cùm igitur huic gratiæ inimici infestique sint Pelagiani, Pelagius tamen in ecclesiastico iudicio Palæstino (non enim aliter inde impannatus exisset) anathematizauit eos, qui dicunt; gratiam Dei secundum merita dari. Sed nihil aliud in eorû

etiam

etiâ posterioribus disputationibus inuenitur, quàm meritis dari etiam gratiam, de cuius commendatione maxime ad Romanos Apostolica epistola loquitur, vt inde se prædicatio eius, velut à capite orbis toto orbe diffunderet. Ea est enim qua iustificatur impius: id est, fit iustus, qui prius erat impius. & idè percipiendæ huius gratiæ, merita nulla præcedunt: quoniam meritis impij, non gratia; sed pœna debetur; nec ipsa esset gratia, si non daretur gratuita; sed debita redderetur. Ad Paulinum præterea Davidis verba, piè, sanè, & sanctè expendens scribit: Deus susceptor meus es; & tanquam requirens, quibus id meritis fuerit consequutus: nihilq; in se inueniens ante gratiam Dei: Deus meus, inquit. Misericordia eius præueniet me. Quantumcunq; (inquit) cogitauero antecedentia merita mea, misericordia præueniet me. Nec ob aliud meretur ampliora, nisi piè, fidelitèq; sciendo, à quo sibi bona sunt omnia, & hoc scièdo non ex se ipso, ne vel hoc sit in eo, quod non sit ex Deo. Vnde optimè Apostolus: Nos (inquit) non spiritu huius mundi accepimus; sed spiritum, qui ex Deo est, vt sciamus, quæ à Deo donata sunt nobis, ac per hoc, & ipsum hominis meritum donum est gratuitum. Hinc ergò sententiæ, si quis contradixerit; vt vel meritum aliquod ante gratiam collocet; vel merita multa ex gratia ori neget: is non modò argumenti huius reprehensionè effugere non poterit; sed in hæreticorum hominum numero referendus est.

Epistola  
106.

QVAESTIO XXIX.

*De iustificationis initio, progressu, & fine, exemplo Abrahæ.*

L O C V S XXIX.

*Si per legem iustitia, ergo Christus gratis mortuus est.*

ARGV.

CVM Domini nostri Iesu Christi morte, & resurrectione, mea mors deuicta, iustitiaque, & vita æterna mihi donata sit; an ego amens sim, si immenso hoc, & infinito abiecto, contemptoque pretio iustitiam, aut vitam sempiternam per legem quaram, vel per alia quouis opera mea? quæ præ hoc tali, tantoque pretio vilis sima ac pro nihilo planè censenda sunt. Id quippe esset re ipsa fateri Christum gratis mortuum esse: filiū Dei conculcare; sanguinem testamenti pollutum ducere: spiritui gratiæ insignem contumeliam facere.

## R E F V T A T I O .

E C Q V I S in ecclesia catholica somniauit vnquā, querendam esse iustitiam, aut beatam vitam per legem, aut per alia quouis opera reiecto; aut posthabito Christi mortis, & resurrectionis pretiosissimo pretio? Id certe esset inter insanos esse insanissimum. Siue igitur nos, siue Angelus de cælo sic doceat, anathema sit. Omnis nostra spes, omnis fiducia, quantumuis diuinæ legis mādatis obtemperantes, benè, beateque viuamus vna in mortem, & resurrectionem Christi fide tanquam fundamento firmissimo nitatur necesse est. Hac vna nixi cōfidimus; hac vna sustentamur: tantum abest, vt Christū reiiciamus, vel gratis mortuū esse concedamus. Actiones enim quibus non ipsam iustitiam, quæ gratuita est; sed eius incrementum tribuimus; nō ex earum vi, atque momento æstimamus; sed ex fidei fundamento, quod tanti est, vt quod superædificatur, aurum, argentum, lapides preciosos Paulus appellet: non ex nostra virtute; sed spiritus sancti gratia: cui tanquam perfectæ, & principali omnis veræ iustitiæ causæ, quæcunque rectè & iuste aguntur, assignanda sunt. Propterea cum dixisset Paulus: Abundantius omnibus laboraui, adiecit: Nō autem

autem ego; sed gratia Dei mecum. Non ex humano aliquo fine; sed illo duntaxat, ad quem spiritus sancti gratia dirigimur. Is est non nostra; sed Dei, Christi; gloria, qui dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis. Qua ratione Paulus cum Dauidis oraculum citasset: *Rom. 8.* Propter te mortificamur tota die, æstimati sumus, sicut oves occisionis: adiecit; Sed in iis omnibus superamus propter eum, qui dilexit nos; sed hæc omnia quibus vera catholici continentur ecclesiæ de iustificatione Fides, aut prædicatio in Abrahamæ iustificatione, quam, vt omnis iustificationis exemplar, Paulus sæpè proposuit, non adumbrata; sed expressa acri attentoque animo intueamur. In ea siquidè videre primum est, fidem, quæ omnis est veræ ac solidæ apud Deum iustitiæ fundamentum. Nam dicitur: Credidit Abraham Deo, & imputatum est illi ad iustitiam. De operibus deinde, illi præcipitur, quibus & iustitiam confirmari, & magnos in ea progressus fieri sæpè diximus. Dixit enim illi Deus: Ego *Gen. 17.* Deus omnipotens; protector scilicet ille tuus, & mercedis tua magna nimis: ambula coram me. Ab initiis fidei profectus per viam mandatorum meorum ad augendam iustitiam longè progredere, me videlicet præsentem, inspectante, adiuuante. Et esto perfectus, per iustitiæ incrementa ad eam enitere, contende ad beatissimam iustitiæ absolutionem & perfectionem, in qua omni extincta, quæ perfectæ iustitiæ repugnat, atque resistit, humana cupiditate, sola charitas regnat. Quæ qui *De spiritu, & li- tera c. xl.* dem perfectio (vt Augustinus docet) tanquam presentis iustitiæ futura merces speranda est, quæ tum quidem iustis continget, cum nihil erit in eis, quod resistat spiritui; sed omnia sibi met concordia, coniuncta & connexa vnum aliquid firma pace custodient. Quod fiet, cum *Lib. 8o. q. 66.* corruptibile hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc immortalitatem. Hæc corona potius iustitiæ, quam iustitia ducenda est. De qua Augustinum adhuc Pauli de se ipso loquentis, verba expendentem audiamus; Paulum



*De gratia, & li-  
bero arb.  
capit. 6.* Paulum (inquit) quem certè inuenimus sine vllis meritis bonis, immò cum multis meritis malis, Dei gratiam consequutum reddentis bona pro malis: videamus quid dicat appropinquante iam eius passione: scribens ad Timotheum: Ego enim iam immolor (inquit) & tempus resolutionis meæ instat; bonum certamen certavi, cursum consummaui, fidem seruaui. Ista vtique iam merita sua bona commemorat, vt post bona merita consequatur coronam, qui post merita mala consequutus est gratiam. Denique attendite, quid sequatur. Superest (inquit) mihi corona iustitiæ quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex. Cui redderet coronam iustus iudex, si non donasset gratiam misericors pater? Et quomodo esset ista corona iustitiæ, nisi præcessisset gratia, quæ iustificat impium? Quomodo ista debita redderetur, nisi illa gratuita donaretur? Iam ergo liquet quæ sint veræ iustitiæ initia, qui progressus, qui finis, vt nemo nobis amplius obicere possit, vel quòd Christum Iesum tanquam gratis mortuum reiciamus; vel quòd nostris viribus, operibusque vilissimis nitamur, & confidamus.

## Q V A E S T I O . XXX.

*De iustitia, quæ neque natura, neque lege comparatur.*

## L O C V S . xxx.

*Si per legem iustitia, ergo Christus gratis mortuus est.*

## A R G V M E N . H A E R E T I C O R V M .

O M N I V M rerum quibus humanum genus à Deo

Deo est instructum, & ornatum, diuina certè lex obtinet principatum, quæ tanquam sol humanæ menti, atque rationi addita est, ut eam illuminet, & errantem in tenebris regat ac ducat. Hæc si iustificare hominem non potest, quid quæso poterit ratio sine lege? quid humanæ vires omnes? quid humana quantumuis excellens sapientia? quæ quo maior fuerit, eo citius, & facilius ignorata, & euerfa Dei iustitia propriam fundare & stabilire quærit.

## R E F V T A T I O .

I A M ex Augustino apertissimè & planissimè explicauimus; neque natura, neque lege parari posse iustitiam; sed vna duntaxat fide, & gratia Domini nostri Iesu Christi: id quod nunc quoque, ut in animis hominum penitus infideat, ac magis, magisque memoriæ commendetur, & aliis eius libris replicandum duxi: De natura quidem similiter, atque Paulus hoc loco argumentatur. Inquit enim: Si per legem iustitia, ergo Christus gratis mortuus est. Si hoc ille dixit de lege quam accepit gens vna Iudæorum, quantum iustius dicitur de lege naturæ, quam accepit uniuersum genus humanum? Si per naturam iustitia; ergo Christus mortuus est gratis? si autem non gratis Christus mortuus est; ergo omnis humana natura iustificari, & redimi ab ira Dei iustissima, hoc est, vindicta nullo modo potest, nisi per fidem, & sacramentum sanguinis Christi. At verò de lege ex iis, quæ ad Romanos Paulus, & in hac epistola ad Galatas scripsit, sic argumentatur: Sunt qui zelum Dei habent; sed non secundum scientiam; ignorant enim Dei iustitiam & suam uolentes constituere, iustitiæ Dei non sunt subiecti. Quæ est autem iustitia Dei, de qua hic loquitur, consequenter aperit, adiungens: Finis enim legis Christus ad iustitiam, omni credenti. Hanc itaque iustitiam Dei non in præcepto

*De natura et gratia. ca. 2.*

*Vbi sup. ca. 1.*

pto legis, quo timor incutitur; sed in adiutorio gratiæ Christi, ad quam solam vtiliter legis velut pædagogii timor ducit, constitutam esse, qui intelligit, ipse intelligit, quare sit Christianus. Nam si per legem iustitia, ergo Christus gratis mortuus est. Si autem non gratis mortuus est, in illo solo iustificatur impius, cui credenti in eum, qui iustificat impium, deputatur fides eius ad iustitiam. Omnes enim peccaverunt, & egent gloria Dei, iustificati, gratisq; per sanguinem ipsius. Ne verò quis quā opinione fallatur, & in loco lubrico, ac periculoso præceps cadat; illud diligenter animaduertat, verba hæc, fides deputatur ad iustitiam, non ita esse accipienda, ut hoc significant in vna fide positam esse iustitiam perfectam, & absolutam: sed ita potius, ut nos doceant fide tanquam veræ iustitiæ principio, & fundamento ad iustitiam, & iustæ, pieque uiuendi gratiam fieri progressionem. Qua de re Augustinū audiamus, cuius in hac disputatione iudicium aliis omnibus antepono. Qui cum comparandæ iustitiæ rationem in se ipso non puer; sed iam grandis esset expertus: ad Pauli doctrinam diligenter examinandam, suoq; momento ponderandam, accessit. Is igitur ita loquitur: Mandata sancta & bona, ut possit homo facere, Deus operatur in homine per fidē Iesu Christi, qui finis est ad iustitiam omni credenti; id est, cui per spiritum incorporatus, factusq; membrū eius potest quisque, illo intrinsecus incrementum dante, operari iustitiam. De cuius operibus etiam ipse dixit: Quia sine me nihil potestis facere. Ideo quippe præponitur iustitia legis, quod qui fecerit eam, uiuet in illa, ut cum quisq; infirmitatem suam cognouerit, nō per suas vires, neque per litteram ipsius legis, quod fieri non potest, sed per fidem concilians iustificatorem perueniat, & faciat, & uiuat in ea. Opus enim, quod qui fecerit, uiuet in eo, non fit nisi à iustificato. iustificatio autem ex fide imperatur. In eandem sententiam loquitur, Dauidis carmen illud expendens: Quam multa multitu

*De spiri  
tu eline  
ra c. 29.*

*Vbi sup.*

do

do dulcedinis tuæ Domine, quam abscondisti timentibus te, perfecisti autem sperantibus in te. Ex lege (inquit) timeamus Deum; ex fide speramus in Deum. Sed timentibus pœnam absconditur gratia; sub quo timore anima laborat, quando concupiscentiam malam non uicerit; nec timor ille, quasi custos seuerus abcesserit. Quare per fidem confugiat ad misericordiam Dei, ut det quod iubet, atq; inspirata gratiæ suauitate, per spiritum sanctum faciat plus delectare quod præcepit, quam delectet, quod impedit. Ita multa multitudo dulcedinis eius, hoc est, lex fidei charitas eius conscripta in cordibus, atq; diffusa perficitur sperantibus in eum, ut anima sanata non timore pœnæ; sed amore iustitiæ operetur bonum. Hoc igitur argumēto contra nos nemo utatur; sed contra eos, qui uel natura, vel lege uerā apud Deū parari posse iustitiam opinantur.

### QVAESTIO XXXI.

*De monachorum professione, quem habeat ad iustitiam respectum.*

#### LOCVS XXXI.

*Ante quorum oculos Iesus Christus præscriptus est, & in uobis crucifixus.*

#### ARGUMENT. HAERETICORVM.

SI TAM acerbè, & tam asperè Galatas accusat Apostolus, ut eos quod in lege diuina iustitiam, & salutem quærerent, tanquam deterrimos Iesu Christi hostes, denuo illum morte, cruciatu, cruce affectis dicat; quibus quæso conuictis, quibusue maledictis one-

randi, ac verberandi sunt, qui salutem, & uitam æternam se consequuturos prædicant? quia monachi sunt? quia capite rasi? quia cucullum induti? quia vel huic, uel illi uiuendi rationi ac regulæ additi, sordes humanæ iustitiæ sectantur? qui longius indies ad impietatem procedentes id vitæ genus nouum baptismum esse docent. Multo certè deteriores sunt eiusmodi homines, atque detestabiliores, quàm illi quorum immanis in Iesum Christum, & barbara crudelitas expleri non poterat, nisi eum & cruce suffixum, & mortuum spectarent.

## REFUTATIO.

**TOTVM** hoc argumentum ex mendacijs, ac uanitate compositum, atque confictum est; ut ne pilum quidem habeat ueritatis. Primum, quis concedat Paulum hoc loco, scelus illud Galatis obuiocere, & Iesum Christum in crucem agerent, ea ratione quod in lege diuina iustitiam quærerent, & salutem? Alienum certè hoc est, ab Apostoli germano sensu, & eorum omnium, qui locum hunc accuratè, & diligenter contemplati exenderunt. Memoriam enim renouat Paulus, tum eorum, quæ de Christi Iesu cruce, & morte sua prædicatione depinxerat: quare inquit; Ante quorum oculos Iesus Christus præscriptus est; tum Baptismi, quo sanctissimum mysterio dicitur in nobis Iesus Christus crucifigi, quemadmodum in nostris Commentariolis enucleatè scripsimus. Verùm ut liberum cuique sit Augustini aut Chrysofomi, in huius loci explicatione sententiam sequi; quibus uerbis eorum uterque locum hunc explicauerit, atque excusserit, adscribam Augustini uerba; cum dixisset Apostolus: Iesus Christus præscriptus est, addit; crucifixus, ut hinc eos maximè moueret, cum considerant, quo pretio emerit possessionem quam in eis amittebat. Chrysofomi uerba: At qui nõ apud Galatas; sed Hierosolymis crucifixus fuit; quomodo igitur dicit:

*In Epist.  
ad Gal.*

dicit: In uobis? ut fidei uim ostenderet, quæ possit, & procul disita cernere. Nec dicit: Crucifixus est: sed præscriptus est, crucifixus. Indicis quæ oculis fidei exactius perspicerent, quàm ii qui præsentibus affuerant, ea quæ gerebantur conspexerant. Illorum. n. qui spectarant, complures nullum inde fructum retulerunt. hi uerò, quæ oculis ipsis non uiderant, tamen per fidè euidentius uiderant. Præterea, quis tam excors unquam fuit, qui de monachorum uitæ genere ea finxerit, quæ secundo loco in argumento assumuntur? Eligendum est hoc uitæ genus, non ut per ea, quæ in hac uel illa regulæ præscribuntur, aut iustitiam, aut salutè consequamur; uerum potius ut Christianam iustitiam, quæ tota in fide, spe, & charitate posita est, Dei, & Domini nostri Iesu Christi benignitate, & gratia adepti minore negotio, atque impedimento nobis tueamur, & conseruemus, atq; ideo in ea proficiamus, reiectis oibus cū externis, tum corporis, atq; et animi impedimentis; quibus irretiti, pleriq; ab Euangelicæ charitatis perfectione & ab solutione retardantur. Quæ de re Moses sanctissimus Abbas in familiari patrum colloquio dicere consuevit; ieiuniorum inedia, uigilias, labores, corporis nuditatè, lectionem, ceterasq; uirtutes debere nos suscipere nouerimus, ut ad perfectionem charitatis istis gradibus possimus ascendere. Quare magnus ille parens noster Augustinus, quo ducè, & magistro tot militans monachorum agmina, regulæ quam nobis reliquit, initio finem proposuit, ad quem contendere, & præcepta sua omnia referre debeamus. Ante omnia inquit: Fratres charissimi diligatur Deus: deinde proximus. Respicit igitur monachorum status Christianæ iustitiæ, hoc est, charitatis conseruationem & incrementum: Cui salutis æternæ præmium propositum est. Neque monachorum professio nouus Baptismus dicitur, quod baptismo omni ex parte æquetur, quemadmodum malitiosè, sanè, & uasè comminiscuntur illi, quorum nunc argumen-

*Th. 2. 2.  
4. 156.  
ar. 1 coll.  
1. cap. 7.*

tum, examinamus; sed quòd multam habeant inter se similitudinem. Est enim monachorum professio, noui quoddam uitæ genus, quo illa quoque, quæ Christianis legibus, & institutis conceduntur, & licita sunt, refutantur, ac reiciuntur, ut liberius fidei, spei, & charitatis coli possint officia. Neque verò à ratione alienum reputari debet, si ea professione peccatorum quoque omnium ueniam cõcedi existimemus, modò intelligamus, ea oblatione supplicii omnibus, ac penis satisfieri: quarum rei sepe numero remanent illi, quibus Domini nostri Iesu Christi gratia, & merito, culpa omnis condonata est. Hanc autem monachorum professionem holo causto, non Aegypti; sed eremi simillimum esse uoluit maximus ille Pont. Gregorius Romanus.

In Exec.  
hom. 20.

## QV AESTIO XXXII.

*De iustitiæ comparandæ ratione, & uia.*

## LOCVS XXXII.

*Ex operibus legis spiritum accepistis, an ex auditu fidei?*

## ARGVMENT. HAERETICORVM.

APOSTOLI hoc loco argumentatio hæc est. Duæ tantum dici possunt ad comparandam iustitiam uitæ; præter quas nulla fingi, aut excogitari potest lex, & fides. Ex lege nemo unquam legitur spiritum sanctum accepisse, ex sola fide multi. Tria enim illa hominũ millia, quæ audito sermone Petri crediderunt, & ex fide spiritus sancti donum acceperunt, & in oēs illos, qui unã cum Cornelio Petri uerbum audiebant, adhuc loquente Petro cecidit spiritus sanctus. Quòd si nemo spiritum

Act. 2.

ff. 10

ritum sanctum accepisse legitur ex lege, ex sola uerò uerbi Dei auditione, & fide plurimos, solam & unicam profectò relinquitur ad iustitiam, & spiritum sanctum esse fidei uiam. Quamobrem Petrus cum à Iudæis accuseretur, & in domum hominis à circuncisione, & lege alieni introisset; rei rotius explicata serie; Cùm cepissem (inquit) loqui, cecidit spiritus sanctus super eos, sicut & in nos ab initio. Si ergo eandem gratiam dedit illi Deus, sicut & nobis, qui credidimus in Dominum Iesum Christum: ego quis eram, qui possem prohibere Deum; Hierosolymis quoque hac eadem de re in Apostolorum, & seniorum concilio commemorans: Scitis (inquit) quoniam ab antiquis diebus Deus in nobis e-

Act. 11.

Act. 15.

## REFVTATIO.

§

POSERE uidetur hoc argumentum, ut iustitiæ comparandæ rationem & uiam (quod in aliis quoque nostris libris fecimus) enucleatè tradamus; ne quis in hac disputatione, quàm fastidiosè isti, & uasrè locis omnibus inculcant, per imprudentiam capiatur. Nemo unquam nisi acerrius, nõ doctrinæ Pauli; sed diuinæ gratiæ aduersarius asseuerauit, posse hominem una tantum lege adiutrice diuinam sibi beneuolentiam conciliare, iustitiam adipisci, rectã ad salutem sempiternam proficisci. Nemo rursus in sacris literis fersatus, & exercitatus; nemo ad pietatem, & salutem ita instructus, ut aliis ad hæc uiam monstrare posset; non solum negare, sed ne dubitare quidem unquam est ausus; quin ad iustitiã, & salutem adipiscendam; magno nobis esset adiuumentum. Nam cum legis officium sit nos ipsos nobis ostē-

dere, hoc est, animi nostri inuolutam, complicatamque notionem euoluere, atque explicare, peccata primum nostra nobis patefacit, quæ cum horribilia sola sint, & pertinenscenda, metum incutiunt; sine quo quicumque est (ut scripsit Sapiens) non poterit iustificari. Augere hunc metum uehementissimè quod secundo loco lex efficit; ut generis nostri scilicet imbecillitatem, fragilitatem, miseriam sentiamus, experiamurque, qua fit, ut neque nostro ipsi morbo mederi possimus, neque cauere, quin indes ingrauescens acerbissimum afferat interitum. Lex igitur est præ grauissimis carnis, ac naturæ nostræ morbis infirma, & imbecilla ad medendum ipsa est: his tamen quasi calcaribus ad motus hominem ad peccatorum ueniã, & ægritudinum suarum sanationem per fidem, & gratiam Domini nostri Iesu Christi requirendam, tanquam ad præsensissimum remedium mouet & impellit. Hinc Paulus Apostolus cum in ea,

Rom. 8.

Rom. 3.

quam ad Romanos scripsit, Epistola dixisset: Ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram Deo; statim adiecit, de legis officio, ad iustitiam necessario. Per legem enim cognitio peccati. Cum etiam probasset iustificari hominem per fidem sine operibus legis, ne quis ex ea conclusione, legem penitus irritam, & ad iustitiã quærendam inanem, ac nullam esse duceret, quæstionculam ipse sibi posuit, ac diluit, dicens: Legem ergo destruimus per fidem? Absit. Sed legem statuimus. Nam illi proprium suum officium, ac munus assignantes, docemus quomodo illa oporteat legitime uti. Quæritur.

Rom. 3.

Tim. 1.

De uerb. apostol. ser. 13. Gal. 5.

Augustinus: Quid est legitime uti lege? Ac respondet: per legem agnoscere morbum suum; & querere ad sanitatem diuinum adiutorium. In epistola quoque ad Galatas; cum dixisset Apostolus, hereditatem Abrahamæ promissam ex lege capi non posse, addubitauit proximus:

Vti sup.

Rom. 5.

Quid igitur lex? Quasi dicat (ut Augustinus explanat) quæ utilitas legis? Respondet, propter transgressionem posita est. Hoc illud est (Augustinus inquit) quod in epistola

stola ad Romanos scripsit: Lex subintravit, ut abundaret delictum. sed vide quid addidit: Vbi autem abundauit delictum, superabundauit & gratia, quia leuiore ægritudine contemnebatur adiutorium medicinæ. Creuit morbus, quæsitus est medicus. Cum etiam negasset, latam fuisse legem, quæ uitam afferre posset, uerum quæ iustitiam, officij legis non immemor, adiunxit: Sed conclusit scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus; quem quidem lo cum Augustinus expendens inquit: Nonne satis ostenditur, hoc actum esse per legem, ut peccatum agnosceretur, & præuacatione auerteretur: ubi enim non est lex, nec præuacatio, & sic aduersus uictoriam peccati; ad diuinam gratiam, quæ in promissionibus est conseruetur; atque ita lex non esset aduersus promissa Dei: quia ideo per illam fit cognitio peccati, & ex præuacatione legis, abundantia peccati; ut ad liberationem querantur promissiones Dei, quod est gratia Dei, & incipiat esse in homine iustitia, non sua, sed Dei, hoc est, data dono Dei. Non poterat autem aptiore exemplo, totum legis officium, totamque uim concludere, atque definire, quam fecerit, cum dixit: Itaque lex pædagogus noster fuit, ut ex fide iustificemur; Pædagogi namque officium est, puerum ad præceptorem, qui erudire possit, deducere. Quia uero diximus, cum hoc legis officio coniunctum esse timorem; ne ex nostra non Apostoli Pauli sententia, id dixisse uideamur, audiamus primum quid Romanis scripserit: Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore. Audiamus deinde hunc locum, quam diligenter expendat Augustinus: Si alius (inquit) esset spiritus seruitutis, alius libertatis, nõ diceret Apostolus iterum; Idem ergo spiritus: sed in tabulis lapideis in timore, in tabulis cordis, in dilectione. Timor seruus est: charitas libera est, & (ut sic dicamus) timor est seruus charitatis. Nõ possideat diabolus cor tuum, præcedat seruus in corde tuo, & seruet Dominus uentura.

Rom. 5.

Gal. 3.

Epist. 95.

Gal. 3.

Augustinus ubi sup.

Rom. 8.

Augustinus ubi sup.

2. Cor. 3.

uentura. (V. L. 10. 11.)

venturæ locum. Fac, fac, vel timore pœnæ; si nondum potes amore iustitiæ. veniet Domina, & seruis abscedet, quia consummata charitas foras mittit timorem, de qua dicitur: sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba, pater. Docendum ergo semper cum Apostolo: legem neque per se solam sufficere, neque frustra fuisse à Deo datam. Igitur à lege ad fidem à Moysè ad Christum, à pædago ad magistrum deducti, quid nobis ad iustitiam fides largiatur, diligentius explanemus. Multus quidem, & frequens in ea fuit sententia Apostolus, vt iustitiam affirmaret non alia posse ratione comparari, quam ex fide, aut per fidem. Quod ego (Augustino interprete) sic accipiendum dico: quia per fidem non solitariam illam quidem, quemadmodum catholicæ ecclesiæ aduersarij, hoc tempore peruersè interpretantur; sed cum pœnitentiâ, ecclesiæq; sacramentis coniunctam, atque sociatam spiritus sancti gratiam impetramus, qua peccata nobis condonantur omnia, & iuste viuimus, hoc est, diuinis mādatis obtemperamus, non terrentis pœnæ metu; sed magno erga Deum amore inflammati: non pædago vrgente; sed charitate Deo nos conciliante, non tanquam serui; sed tanquam liberi; ea libertate, qua Christus nos liberauit. Sed age hanc interpretationem Petri primū Apostolorum Principis, auctoritate sanciamus. Summi dein de huius disciplinæ doctoris, Augustini non vno; sed pluribus confirmemus testimonis. In prima Petri conuersione quæ in Actis legitur Apostolorum, cuius in argumento mentio facta est, qui iustitiam adepti sunt, hominum circiter tria millia, legis primū in seipsis vim, atque officium sensere. Nam cum de grauissimo gentis illius peccato dixisset Petrus, certissimè sciat omnis domus Israel; quia & Dominū, & Christum fecit Deus hunc Iesum, quem vos crucifixistis; compuncti sunt corde, ac Petro, reliquisque Apostolis dixerunt. Quid faciemus viri fratres? Quibus Petrus non solitariam pro-

ponit

ponit fidem; sed cum pœnitentiâ, & Baptismi sacramentum coniunctam; sic enim veram, ac solidam parit, profertque iustitiam, quæ in remissionè peccatorum, & gratia spiritus sancti, qua rectè pieque viuimus, posita est. Petrus igitur ita respondit: Pœnitentiã agite, & baptizetur vnusquisque vestrum in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorum vestrorum; & accipietis donum spiritus sancti: Augustinus verò non semel; sed sæpius hanc ex fide; siue per fidem adipiscendæ iustitiæ rationem exposuit. In ea enim, quam pro patribus Carthaginensibus concilij ad Innocentium Papam scripsit epistola, sic de Pelagianis loquitur: Nullum relinquunt locum gratiæ Dei, qua Christiani sumus, qua & ipsum nostræ uoluntatis arbitrium, verè sit liberum, dicente Domino: Si uos filius liberauerit, verè liberi eritis. Quod auxilium fides impetrat, quæ est in Christo Iesu Domino nostro, & in ea, quam ad eundem Pontificem pro quinque episcopis scripsit epistola: Doctrina (inquit) Apostolica gratiam appellat, qua saluamur, & iustificamur ex fide Christi. Et paulò post in eadem epistola, à corpore mortis huius, ubi alia lex repugnat legi mentis, neminem liberauit, aut liberat sua possibilitas, quæ perdita redemptore indiget, faucia saluatoris: sed gratia Dei per fidem ipsius mediatoris Dei, & hominum, hominis Iesu Christi; qui & Deus cum esset, hominem fecit, & manens Deus, homo factus refecit ipse, quod fecit. apertius non multò post: Ante tempus legis, & tempore ipso legis iustos patres & ex fide uiuentes, non possibilitas naturæ infirmæ, & indignæ, ac uitiatæ, & sub peccato uenundatæ; sed Dei gratia per fidem iustificauit; & nunc eadem in apertum iam ueniens reuelata iustificat. In eo uerò libro, quem de spiritu inscripsit, & litteræ; opus (inquit) quod qui fecerit, uiuet in eo, non sit nisi à iustificato: Iustificatio autem ex fide impetratur. Quomodo uerò impetretur, in lib. de præd. sanctorum sic explanauit. Ex fide ideo dicit Apo-

stolus

Epist. 90

Cap. 29.

Cap. 7.

Rom. 9.

Gal. 2.3

De spiri-

tus &amp; lit

tera. cap.

29.

Act. 2.

solus iustificari hominem non ex operibus, quia ipsa prima datur, ex qua impetrentur cetera, quæ propriè opera nuncupantur; in quibus iustè viuunt. Denique quia sanctissimi huius doctoris testimonia colligendi nullas vnquam esset finis, hoc vno ex libro de peccatorum meritis, & remissione rem hanc totam conficiamus. Legimus (inquit) iustificari in Christo qui credunt in eum propter occultam communicationem & inspirationem gratiæ spiritualis, qua quisquis heret Domino, vnus spiritus est. Ex his ergo non obscurum esse arbitror, quònam sit legis officium, ad iustitiam comparandam necessarium. Constantiam etiam neque fide, neque lege sola ad iustitiam, hoc est, ad peccatorum veniam, & impunitatem, ac spiritus sancti gratiam, perueniri, ad quam fide, poenitentia, & ecclesiæ sacramentis tribus quasi gradibus ascendi decreuit Petrus Apostolorum columen, & quam ipsius fidei merito impetrari, doctorum princeps Augustinus copiosè exposuit: Quàmquam autem, quòd argumentum refellendum attinet, copiosè, & abundanter dixisse, videamur; vt omnis ad nouas calumnias intercludatur aditus, & plena, atque perfectà eius iustitia, qua ad æternam salutem pergitur, teneatur ratio, atque doctrina: operæ pretium videtur ad ea, quæ disputauimus, hoc quasi corollarium adiungere. Nemo existimet adepta iustitia nihil sibi superesse, quòd agat ad hanc ipsam iustitiam confirmandam, augendam, perficiendam. Augustinus enim quo magistro, & duce in hac questione non decipi possumus, nec errare, cum de prædestinatione & vocatione dixisset: Prædestinati sumus antequam essemus: vocati sumus quando Christiani facti sumus, de iustificacione adiunxit, hoc tertium agitur in nobis: Iustificati sumus; sed ipsa iustitia cum proficimus crescit. Vnuiusque ergo in ipsa iustificacione constitutus, accepta sancta remissione peccatorum per lauacrum regenerationis, accepto spiritu sancto, proficiens de die in diem vi-

deat

deat vbi sit, accedat, proficiat & crescat, donec consummetur; non vt finiatur, sed vt perficiatur. Perdifficilem alio loco affert de verbis Apostoli quæstionem. Quid *Scrm. 15* est (inquit) quamobrem Apostolus, qui fidem habebat, spem habebat, charitate flagrabat, virtutes operabatur, inuictissimè prædicabat, omnes persecutiones tolerabat, in omnibus patiens, sollicitudinem omnium ecclesiarum corde gestans; quid est; quamobrem dicat: Non quod iam acceperim, aut iam profectus sim; paulò deinde post, tanquam sui oblitus, quam se non habere dixerat perfectionem eam & sibi retribuit, & aliis dicens: Quicumque ergo perfecti sumus, hoc sentiamus. Ad hæc, quæ pugnantiã videntur Apostoli verba; sic respondet Augustinus: Perfecti, & non perfecti; perfecti viatores, nondum perfecti possessores. Et vt noueritis, quòd perfectos viatores dicat, non habitatores, non possessores: audi quòd sequitur: Veruntamen in quòd peruenimus, in eo ambulemus, vt reuelet nobis Deus, & quòd aliter sapimus. In quo peruenimus, non in eo remaneamus; sed in eo ambulemus. videtis quia viatores sumus: dicitis, quid est ambulare? Breuiter dico proficiscere ne fortè non intelligatis, & pigrius ambuletis. Sic cum Deo ambulauere Enoch, Abraham, & omnes sancti: adhuc in via sumus, venimus; sed nondum peruenimus. Audiamus ergo monentem Dauidem: *Psalm. 2.* Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore: apprehendite disciplinam, nequando irascatur Dominus, & pereatis de via iusta. A qua nunquam oberrabimus, si hæc iustitiam habeamus, augeamus, perficiamus, quouique dicere liceat: Vbi est mors victoria tua? Vbi est mors aculeus tuus? Quòd tum consequemur, cum sanati erunt omnes languores nostri, & redempta de corruptione vita uestra; nosque coronati in misericordia, *1. Cor. 15* *Augustinus episc.* *105.*

&amp; miserationibus.

*De iustitiæ absolutione, ac perfectione.*

L O C V S XXIII.

*Sic stulti estis, ut cum spiritu cœperitis, nunc carne consumamini.*

A R G V M E N . H A E R E T I C O R V M .

Q V I D est, quod contra hunc locum hodie aperte docent Romani Theologi: Iustitiam fide, & spiritu sancto inchoata carne perfici atque absolui? Carne nãque designavit Apostolus, quicquid est in homine optimum, ac præstantissimum, summam scilicet, quæ in humana ratione sedem habet sapientiam, & omnem legis iustitiam. Notat autem, ac reprehendit falsos illos Apostolos, qui legem apud Galatas urgentes, sic illos premebat. Fides in Christum sola non tollit peccatum, non placat iram Dei; non aufert iustitiam. Quæ omnia si quis velit adipisci, non in Christum tantum credat; sed simul etiam legem obseruet, circumcidatur, ferias agat, sacrificia faciat.

R E F U T A T I O .

C A R N I S nomine & hoc loco, & alias sæpè intellexit Apostolus quicquid est siue in homine, siue ab homine ante fidem in Christum, & spiritus sancti donum. Sit igitur humana ratio, quæ (ut philosophi dicunt) docet, & explanat quid faciendum, fugiendumve, Caro. Sit appetitus ille etiam, qui rationi obtemperat, Caro. Sit lex cum omnibus suis operibus, illis scilicet, quæ metu poenæ, legis, ac tanquam sub pædagogo sunt, Caro.

Nulli

Nulli (quod sciam) Theologorum hodie docent iustitiam fide, & spiritu sancto inchoatam huiusmodi admniculis consummari; sed meram duntaxat lege spiritus, hoc est, charitate, & operibus ex ea fluentibus, quorum ferendorum ratione datur spiritus sanctus, ac propterea fructus spiritus ab Apostolo nuncupantur, ut antè iam diximus. Non fuit autem illa, quæ in argumento fingitur falsorum Apostolorum doctrina; sed merito circumcissionis, & seruatiæ legis, ad beatam Euangelij iustitiam gratiam scilicet Domini nostri Iesu Christi perueniri; cum contra potius legi plenè non possit obtemperari, nisi hac ipsa iustitia, & gratia, gratuito quidem accepta adiuuante.

Quæst. 16

Q V A E S T I O XXXIIII.

*De Abrahamæ iustificatione, & fide.*

L O C V S XXXIIII.

*Abraham credidit Deo, & reputatum est illi ad iustitiam.*

A R G V M E N . H A E R E T I C O R V M .

A C C E D A M V S ad antiquissimum, & sanctissimum omnium, qui in Iesum Christum credimus, patrem Abraham, & seruemur, qua ratione & uia iustitiæ adeptus fuerit, & salutem. Non propter egregias quidem uirtutes, & sancta opera sua, non quòd patriam, cognationem, & domum patris sui deseruit, non quòd circumcissionis fœdus acceperit, aut legem seruauerit; non quòd iubente Deo immolaturus erat filium Isaac, in quo tam longa illi erat promissa posteritas: Sed quia credidit Deo. Nulla ergo alia re iustitiam cõsequutus est,

Genæ. 15



est, & salutem, nisi sola fide. propterea priscum oraculum citauit Apostolus: Credidit Abraham, &c.

## R E F V T A T I O .

- Gal. 3.* A B R A H A M una fide exclusa lege, circuncisione, & omnibus legis operibus iustitiam est assecutus, quod constanter, ac perpetuò docet Apostolus. Hoc enim loco priusquam de iustitia Abrahamæ oraculi testimonio, quid esset sentiendum, exponeret auditum fidei operi legis planissimè opposuit. In epistola uerò ad Romanos, quamuis antequam hoc idem oraculum recitasset dixerit, si Abraham ex operibus iustificatus est, habet gloriam, sed non apud Deum; non multò tamen post, de quibus operibus loquutus esset, exposuit, dicēs. Abrahamæ fidem ad iustitiam reputatam fuisse non in circuncisione; sed in præputio. Cumque huius rei rationē reddidisset, adiunxit: Non enim per legem promissio Abrahamæ, aut semini eius; sed per iustitiam fidei. Verùm hanc ipsam iustitiam auxit, & æternam salutem consequutus est Abraham ex operibus nõ legis; sed spiritus, quem per fidem acceperat. Quare non Iacobus tantùm Abraham scripsit, ex operibus iustificatum fuisse, eò quòd obtulisset Isaac filium suum sup: r altare; sed, & Paulus ipse Abrahamæ fidem facit operosam. Sic enim ad
- Rom. 3.*
- Iaco. 2.*
- Heb. 11.* Hebræos scripsit: Fide qui uocatur Abraham, obediuit in locum exire, quem accepturus erat in hæreditatem: & exiit, nesciens quò iret. Fide demoratus est in terra repromissionis, tanquam in aliena, in casulis habitando cum Isaac, & Iacob cohæredibus repromissionis eiusdem. Expectabar enim fundamenta habentem ciuitatem, cuius artifex, & conditor Deus. Fide obtulit Isaac cum tentaretur, & unigenitum offerrebat, in quo susceperat repromissiones. multaque in hanc sententiam; non modò de sanctis plerisque patribus recenset.

QVAE-

## De Abraham in iustitia progressionē.

## L O C V S XXXV.

*Abraham credidit Deo, & reputatum est illi ad iustitiam.*

## A R G V M E N . H A E R E T I C O R V M .

N O N hoc tantùm loco; sed perpetuo, & ubique tñ Moses, tum Paulus, & quicunque sacrorum librorum auctores fuere, Abrahamæ iustitiam tribuunt; nõ quicquã agentis; sed credenti: ex quo efficitur; ut sola fide iustitiam fuerit consequutus Abraham, cuius imitatione omnes illi, ad quos hæreditas Abrahamæ promissa pertinet, unius fidei iustitiam amplexari, fouere, prædicare debent.

## R E F V T A T I O .

N E Q V E Abrahamæ, neque mortalium cuiquam iustitia tribuenda est; nisi credenti. Quod ego ita accipio; ut neq; Abraham, neq; mortalium quenquã uerè iustū fuisse existimem, priusquam crederet, fideiue donum à Deo acciperet. Quod Augustini uerbis supra confirmauimus; & docuimus. Ex hoc aut̃ illud tñ efficitur, quod Augustinus idē passim docet fidē esse, vñ oīs iustitia sumit initium. Sed hæc ipsa fides pro tuenda, augēda, perficiēda iustitia, actiuosa sit necesse est, nõ otiosa: operosa, nõ languida: uiua, nõ mortua. Qua rōne Iacobus tñ de Abrahamæ sacrificio & obediētia cōmemorasset, adiecit: Vides quñ fides cooperabatur operibus illius. Quomodo cooperabatur? quia credebat Isaac filium suum, quem

Quæ. 30  
Epi. 105

Iaco. 2.  
Heb. 11.

O iugu-

*Augustinus Psalmo. 31.* iugulabat, immensa Dei uirtute, cuius mandato parebat, posse reuiuiscere. Cooperabatur etiam; quia cuiuscunque recte agentis mens, atque consilium fide dirigitur, & sustentatur. Et ex operibus fides consummata est. Consummata dicitur fides ex operibus; quia referenda est fides ad opera, tanquam ad finem & perfectionem, quemadmodum fundamentum ad aedificium; radix, ad fructum; & impleta est scriptura, dicens: Creditit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam, & amicus Dei appellatus est. Scriptura, quae hoc oraculo initium duntaxat, fundamentum, & radicem iustitiae Abrahamae explicauerat, completur narratione obedientiae eius aduersus Deum cui crediderat, in qua uerax iustitiae absolutio, perfectioque; ponenda est. Totam denique hanc quaestionem breuiter illustrans atque definiens, inquit: Vide tuis quoniam ex operibus iustificatur homo, & non ex fide tantum.

## QVAESTIO XXXVI.

*De differentia eorum, quos ex lege, ab his quos ex fide esse dicit Apostolus.*

## LOCVS XXXVI.

*Qui ex fide sunt, hi sunt filij Abrahamae.*

## ARGVMENT. HAERETICORVM.

QVOD obsecro est, ex fide esse, quae dicendi forma, figuraque; est Apostolo familiaris; nisi omni alia iustitia posthabita totum se in fide collocare? ex una fide pendere, in una fide omnem salutis adipiscendae spem ponere omnemque rationem? Vna igitur fides illos Abrahamae filios; de quibus hoc loco sermonem habet Apostolus,

ius, efficit: iustos scilicet, ac sanctos, in quibus paternae iustitiae, & sanctitatis imago quasi quaedam conspiciatur.

## REFVATIO.

ESSE ex fide, iustitiam excludit, quae ex lege est, cuius uim, atque naturam uniuersam hac definitione explicauit Augustinus: iustitia ex lege eius est, qui arbitrii sui uirtute impleturum se esse confidit, quicquid lex iubet, aut prohibet, nec fide confugit ad spiritum uiuificantem, ne reum factum littera occidat; quam etiam alio loco complexus, his uerbis patefacit, atque illustrat; Lege Dei proposita quisquis timuerit, & sui uiribus eam impleri se posse putauerit, & fecerit, quod lex iubet, non amando iustitiam; sed timendo poenam, fuit quidem secundum iustitiam, quae ex lege est, homo sine querela: sed hac iustitia hominem non effici reuera iustum, pulcherrimis ostendit comparationibus. Terrore, inquit, ingenti armorum, atque telorum, & circumdantis foris tant multitudinis, uel obuiam cunctis, etiam leo reuocatur a praeda, & tamen leo venit, leo redit, praedam non rapuit, non malitiam posuit. Ad ouile uenit lupo, latratu canum, & clamore pastorum ab ouili reuersus est lupo, ipse tamen lupo uertitur in ouem. Facit enim & hoc Dominus: sed ipsa est iustitia eius non tua. Nam quamdiu habes tuam, potes timere poenam, non amare iustitiam. Esse autem ex fide, neque spiritum sanctum excludit, de quo rogauerat Apostolus, datus ne Galatis fuisset ex fide, an ex legis operibus? neque opera illa, quae cum fide, & spiritu sancto duce efficiuntur. Ex fide igitur illi esse dicuntur, qui fidei diuino munere, & spiritus sancti gratia a Deo donati sunt: qui lege spiritus praediti sunt, qui iustitiam fidei tanquam ueri, & legitimi filii Abrahamae in omni uita sectantur. Quam definiendo quoque; explicauit, breuiterque; descripsit Augustinus, dicens:

Epi. 109

De uer. ap. Jerem. 15.

- Epi. 106** dicens: Iustitia ex fide est, qua credimus iustificari, hoc est, iustos fieri gratia Dei, per Iesum Christum Dominum nostrum; vel qua credimus iustitiam nobis diuinitus dari non nostris uiribus in nobis fieri. Verus igitur Abraham filius Paulus fuit, qui tamen secundum iustitiam, quæ in lege est, uersatus aliquando esset sine querela: sua tamen omnia illius temporis lucra detrimenta putauit, & stercorea, ut Christum lucraretur, & in eo inueniretur suam iustitiam non habens, quæ ex lege erat, sed illam quæ ex fide est Christi, quam dicit esse ex Deo, non ex humanis quibusuis meritis in fide, non in lege fundatam, & extructam, qui cognoscitur Christus: Cuius unius pro merito, quicumque in eum credimus, hanc adipiscimur ex fide iustitiam, cognoscimus uirtutem resurrectionis eius: quæ factum est, ut omnium gentium, ac nationum homines in eum credentes, cuius tam excellentis, atque diuina extirisset potentia, ut de morte triumphare posset, iustitia donarentur & salute. Quare alio loco legimus: Traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram: Cognoscimus societatem passionum illius: ex qua uerissimum demetimus, & percipimus sempiternæ gloriæ fructum.
- Phil. 3.** Quicumque enim consociamur morti eius, ad resurrectionem, quæ est ex mortuis, peruenimus. Quicumque filii sumus, & hæredes: Si tamen compatimur, ut & conglorificemur. Quicumque commortui sumus, & conuiuemus: Quicumque toleramus, & conregnabimus. Veri filii Abraham non fuere Iudei: qui sectando legem iustitiæ in legem iustitiæ non peruenere. Cur autem non peruenere? quia non ex fide; sed quasi ex operibus. Veri filii Abraham gentes fuere, quæ cum non sectarentur iustitiam, apprehenderunt iustitiam, iustitiam inquam hanc, quæ ex fide est. De his Abraham filii, Dominus, & seruator noster Iesus Christus magnitudinē fidei Centurionis admiratus, dixit, Amen dico uobis, non inueni tantam fidem in Israel. Dico autem uobis quod multi ab Oriente, &
- Occi-

Occidente uenient, & recumbent cum Abraham, & Isaac, & Iacob in regno cælorum: filii autem regni ei erunt in tenebras exteriores. ibi erit fletus, & stridentium. Patere igitur, atque in promptu omnibus esse potest: quid sit, esse ex fide, & quænam sit iustitia fidei.

## QV AESTIO XXXVII.

*De his quos Paulus ex operibus legis esse dicit qui nam sint.*

## LOCVS XXXVII.

*Quicumque ex operibus legis sunt, sub maledictio sunt.*

## ARGVMENT. HAERETICORVM.

PLANE hic & aperte uides eos omnes, qui aliud quam fidem erga Christum spectant (hæc autem ea est gratia, & beneficentia, qua se Deus olim usurum esse in posteros Abraham pollicebatur) execrandos esse, & detestabiles: quales sunt, quicumque aut per legem, aut per ea, quæ eximia plerisque & præclara uidentur opera, ad veram, & solidam iustitiam aspirant. Quicquid enim extra hanc fidem est, & suauissimam benignitatem, cui se totum tradidit Abraham, quantumuis licet excellat, & eniteat, execrationibus, miseris, calamitatibus subiectum est. Scriptum est enim, (ut Paulus inquit) Maledictus omnis, qui non permanserit in omnibus, quæ scripta sunt in libro legis, ut faciat ea. Deu. 28

V T proximo argumento verbum illud Apostoli. *Qui ex fide sunt.* de quo paulò antè disputatum est, aduersarii malè interpretantur: ita hoc, quoniam sint, quos Apostolus dicit ex operibus legis esse, bona fide non explanant. Qui, ne possint peruersa horum uerborum interpretatione rebus clarissimis tenebras obducere; illud est maximè animaduertendum, quòd sicut ex fide esse, & spiritum sanctum, & sanctissima legis spiritus opera complectitur: ita ex operibus legis esse, & fidem, & spiritum sanctum excludit. Qua ratione fit, ut qui sunt huiusmodi, cum plenè legi obtemperare non ualeant, legis execrationi merito subiiciantur. Nemo autem è nostris (id est, catholicis) est, qui in operibus à fide, & spiritu sancto seclusis ueram, & solidam statuatur iustitiã: quinimò qui cæteris doctrina, & uitæ sanctimonia præcurrunt, nihil illis ad iustitiam comparandam momenti tribuunt, aut ponderis; sed docent fide, & spiritu sancto omnem Dei erga filios Abrahæ benignitatem cõtineri.

## Q V A E S T I O XXXVIII.

*De operibus quibus sempiternæ uitæ præmiũ promittitur.*

## L O C V S XXXVIII.

*Quicumque ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt.*

## A R G V M E N T . H A E R E T I C O R V M .

A D omnia ergò ex sacris uoluminibus decerpta testimonia,

testimonia, in quibus sempiternæ uitæ præmiũ promittitur operibus, quæ nostri aduersarii semper habent in ore, vno verbo respondendũ est: Illa quidem intelligenda esse, non de quorumcunque hominum operibus: sed illorum duntaxat, qui constanti, ac firma fide præditi sunt. In iis enim hominibus, & inest fides, & opera non desunt; sed vnus, atque simplicis fidei ratione, non operum uera ca testimonia sunt. Quibus quidem in testimoniiis fides ab operibus, quibus cum est coniuncta, mente, & cogitatione segregatur, & abstrahitur. Nam quemadmodum cum de Christo Iesu dicimus: Ille infans, qui sedet in gremio matris, creauit cælum, & terram, creationem uniuersũ, vni diuinæ, non etiam humanæ naturæ, qua cum est coniuncta tribuimus, & verum dicimus. Sic cum legimus: Peccata tua eleemosynis redime. Hoc fac, & uiues, cæteraque generis eiusdem, re demptio, & uita non eleemosynis, aut operibus; sed uni fidei, quæ est eorum operum quædam quasi diuinitas as gnanda est.

Dan. 4.

Mat. 19

## R E F V T A T I O .

T E S T I M O N I A illa sacra, nemo unquam è nostris Theologorum scholis accepit, atque in argumeto recitatur: modò cum fide charitas coniugatur; & de illorum hominum operibus intelligant, qui (vt Apostolus docet) in fide, & charitate fixi, fundati, stabiles permanent: at non unius ratione fidei ( vt aiunt ) qui non obscuris; sed ueris falsa inuoluunt; neque operum a fide secretorum; sed utrorumque simul, & arcto quidem nodo coniunctorum. Propterea summus ille doctor, & magister unicus, Dominus noster Iesus Christus, qui unus in hominum animos intueri, & omnes eorum cogitationes penitus introspicere, atque cognoscere poterat: illorum fidem summo opere commendabat; quorum aut preces, aut lachrymæ, aut eleemosynæ, aut alia

Col. 1:  
Ephes. 3.Mat. 8.  
Luc. 7. et

9.

quæuis bona opera erant manifesta: scilicet, vt iis duntaxat operibus, quæ sunt cum fide coniuncta, doceret; summam, & sempiternam promissam fuisse felicitatem; & Apostolis, quos Iudæes præbuit omnibus gentibus, que per Euāgelii prædicationem ad vitam æternæ beatitudinem inuitabantur: præcepit, ut post fidei doctrinā, & sacramentum docerent seruare omnia, quæcunque ipsi mandata fuerant, vt nulli dubium esse posset, viā ad vitam, quam pollicebatur, fidem esse cum operibus coniunctam, atque conglutinatam; operibusque; quæ ex fide, & charitate prodirent, promissa fuisse, & reposita præmia in cælo sempiterna. Quam vero dispar sit, atque dissimilis similitudo illa, qua nititur argumentum, declarat illud; quod creatio cæli, & terræ, actio sit, quam sanctorum Apostolorum synodus, vni diuinæ naturæ tribuendam esse decreuit: præterea nulli neque cælesti naturæ, neque terrestri. Aeterna verò præmia non vni fidei, neque vni operibus deberi, sacræ, atque arcane litteræ

*Mat. 7.*

abundè declarant: dum fidei aliquando absque ulla operum mentione vitam pollicentur æternam; aliquando verò tacito fidei nomine redditurum esse Deum unicuique secundum opera eius, aperte pronunciant. Quæ quidem de re, si differentem Augustinum audierimus, nunquam loquimur. De fide enim & operibus agens: Ideo (inquit) aliquando alterum sine altero pro plena doctrina inuenitur scriptura commemorare; vt etiam hoc modo intelligatur alterum sine altero esse non posse, quia, & qui credit Deo, debet facere, quod præcepit Deus; & qui propterea facit, quia præcepit Deus, necesse est ut credat Deo.

*Mar. 16*

*Ioan. 6.*

*Mat. 19*

*Mat. 16*

*Rom. 2.*

*Cap. 13.*

abundè declarant: dum fidei aliquando absque ulla operum mentione vitam pollicentur æternam; aliquando verò tacito fidei nomine redditurum esse Deum unicuique secundum opera eius, aperte pronunciant. Quæ quidem de re, si differentem Augustinum audierimus, nunquam loquimur. De fide enim & operibus agens: Ideo (inquit) aliquando alterum sine altero pro plena doctrina inuenitur scriptura commemorare; vt etiam hoc modo intelligatur alterum sine altero esse non posse, quia, & qui credit Deo, debet facere, quod præcepit Deus; & qui propterea facit, quia præcepit Deus, necesse est ut credat Deo.

### QV AESTIO XXXIX.

*De iustitiæ adeptione: quæ in ea fidei, & quæ operibus tribuenda.*

LOCVS

*Quicumque ex operibus legis sunt, sub maledictio sunt.*

### ARGVMENT. HAERETICORVM.

IN humano genere iam plane perditio, atque damnatio recuperando & seruando, nihil humana Christi natura operata esset, nihil fecisset sola humanitas, omnia diuina Christi natura fecit, omnia diuinitati accepta ferenda sunt: et si vtræque naturæ, humana atque diuina, essent in Christo coniunctæ; & si humanitas, atque diuinitas essent ita inter se mutuo amplexatæ, vt altera ab altera diuelli non posset, similiter in adipiscenda iustitia omnia efficit, & omnia operatur vna fides. Quod si quæ adeptio iustitiæ tribuatur operibus: id quidem non operum; sed fidei ratione fieri perspicuum est.

### REFVATIO.

MULTO profectò verius de Christi diuinitate, & humanitate nos & iudicamus, & loquimur, qui diuinitati alia propria ac sua; humanitati item alia certa & præcipua tribuimus opera. Diuinitati quidem ostenta, prodigia, miracula, salutem ipsam generis humani, & omnia, quæ Deo ipsi, non autem homini conuenire possunt: Humanitati verò nasci, laborare, defatigari, eluri re, sitire, sudare, algere, pati, mori, & cætera generis eiusdem. Cùm autem de iustitia adipiscenda sermonem habemus, alia dicimus ad fidem operosam esse referenda; alia ad opera fidei, & charitate plena, atque perfecta. Primi generis sunt, quæ ad malorum depulsionem pertinent, peccatorum venia, & quæ ad bonorum adeptionem Diuinorum munerum impetratio. Alterius autem in iustitia progressus, & quædam quasi perfectio: donec perueniam

Rom. 8. peruentum sit ad eam gloriæ perfectionem : de qua dixit Apostolus; Quos iustificauit, hos & glorificauit. Ad Ephes. 4. quam progressionem Ephesios sic hortabatur : Obsecro vos ego vincuti in Domino, vt dignè ambuletis uocatione, qua uocati estis cum omni humilitate, & mansuetudine, cum patientia supportantes inuicem in charitate.

## Q V A E S T I O XL.

*De iusto ex fide quisnam sit.*

L O C V S XL.

*In lege nemo iustificatur apud Deum, quia iustus ex fide uiuet.*

A R G V M E N T. H A E R E T I C O R V M.

IUSTITIÆ fidei, vitam promittit Deus. pro iustitia fidei, summa contentione & hic, & ubique pugnat Apostolus. At ii, qui catholici haberi uolunt, iustitiam ex lege uulgo prædicant hodie, & passim inculcant; commutato enim aut adulterato potius hoc diuino oraculo, iustus ex fide uiuet; ipsi, iustus ex mandatorum legis recta affectione uiuet, dicunt.

R E F U T A T I O.

PRIMUM cõstituere oportet, vt inuolutæ rei notitia definiendo aperiat, quisnam iustus ex fide sit. Quod quidem ex Apostoli uerbis, quæ paulò post hæc sequuntur, breuiter illustrari, atq; explicari poterit, vt iustus ex fide is esse censeatur, qui pollicitationem spiritus per fidem accipit, quo duce mandatis legis se præ

beat

beat obsequentem. Quid enim aliud esse potest, quam obrem spiritum nobis suum Deus impertiatur, nisi, vt tanquam filii spiritu eius non nostro agamur, & diuinis præceptis animo libentissimo assequamur, non sub lege; sed in lege vitam ducentes? hæc est iustitia fidei, cui vitam pollicetur, & spondet Deus. Hæc benedictio Abrahæ promissa. hic mortis Christi diuinus, & singularis fructus: cui legis iustitia maximopere repugnat, ea scilicet, quæ ex operibus legis absque fidei, & spiritus sancti præsidio, nudis duntaxat naturæ uiribus exquiritur: ad priorem igitur illam fidei, non ad posteriorem hanc legis iustitiam, rectam mandatorum Dei effectiorem referimus, cum Christi Domini nostri uerbum usurpamus, Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.

Rom. 8.  
Gal. 5.  
Gal. 3.

Mat. 19

## Q V A E S T I O XLI.

*De charitate duplici, ea scilicet, quæ legis, & ea, quæ fidei esse dicatur.*

L O C V S XLI.

*Iustus ex fide uiuet, lex autem non est ex fide.*

A R G V M E N T. H A E R E T I C O R V M.

CERTISSIMAM hoc loco accipe argumenti conclusionem aduersus eos, qui unam ad ueram solidamque iustitiam fidem satis non esse contendunt; Fideique charitatem attexunt, & agglutinant, à qua tanquam à vi quadam vitali fides ipsa formetur, vitam accipiat, agere, & moliri possit omnia. Primum in argumento diuinum est oraculum ex Abacuc Propheta mutatum, Iustus ex fide uiuet: cui alterum annectit Apostolus: Lex non est ex fide. His autem consentaneum est,

est,

est, charitatem ex fide non esse. Quid enim est tā frequens in lege quā charitatis præceptum? quinimò lex nihil aliud præcipit nisi charitatem. ex his ergo duobus quis conclusum esse non uidet, iustum ex charitate non uiuere? Fides igitur una, seposita lege, & charitate, & omnibus, quæ ad legem pertinent, iustitiam afferri, & uitam.

## R E F U T A T I O.

ANIMVM quæso diligenter attendite lectores, & quā captiosa, ac fallax ista conclusio, quā falsum argumentum, purumque sophisma sit istud intelligetis. Facile enim deprehendi aduersariorum dolus potest: si quæ sunt distinguenda, distinguantur, & quid inter charitatem, quæ ad legem pertinet: & eam, cui magnā nos iustitiæ partem tribuimus, inter sit, animaduertatur. Altera enim legis mandatum est: altera spiritus sancti munus diuinum, atque singulare. Illa in omni hominū genere reperiri potest. hæc non nisi in his, qui ex Deo nati sunt. Illius origo lex est, non modò scripta: sed nata; quæ hominem conciliat homini. huius autem fons spiritus sanctus est, per quem diffunditur charitas in cordibus nostris. In illa uerò iustitia non consistit. hæc iustitia est, & gratia Dei per Iesum Christum. Illa non est ex fide. hæc nisi fide impetretur, comparari nulla ratione potest.

## Q V A E S T I O XLIII.

*De fidei distinctione, ab operibus.*

## L O C V S XLII.

*Lex non est ex fide, sed qui fecerit ea, homo uiuet in illis.*

A R G V.

## A R G V M E N. H A E R E T I C O R V M.

P R O M I S S I O & lex distinguuntur, ergo fides, & opera distincta sunt. Fides enim promissioni tanquā propria radici hæret; opera uerò in lege posita atque defixa sunt. His consentaneum est & consequens, nullam esse quærendā ex operibus iustitiam, quia cum à se disijuncta sint opera, & cum lege coniuncta, quemadmodum lex ipsa ex fide non est: ita nec opera, & perinde, ut ex lege non est iustitia, ita neque ex operibus.

## R E F U T A T I O.

Ex propositis in hoc argumento, non illud efficit, quod nostri obrectatores, atque aduersarij concludere uolunt: sed hoc tantum, quod nos illis sapius, & gratis concessimus, nō esse expectandam iustitiam ex operibus scriptæ illius, & externæ legis, cuius intolerabile iugum Romanis, & Galatis imponere fallaces nitentur Apostoli. Ex eo enim quod primò sumitur, id autè est: Promissio & lex distinguuntur, hoc tantum sequitur: Ergo fides, & opera legis distinguuntur. Nos uerò nullam externæ legis operibus iustitiæ partem tribuentes, eius conseruationem & incrementum interioris illius legis rectis actibus damus, de qua dixit Apostolus, *Rom. 8.* Lex spiritus uitæ in Christo Iesu liberauit me à lege peccati, & mortis: quæ quidem lex Christi propriè, uereque dicitur, à qua quæcunque proueniunt opera, ex fide esse dici possunt; tum quia illorum efficiendorum uis fide impetratur, ut Augustinus inquit: tum quia per huiusmodi opera ad uitam esse progrediendum, unius fidei docet institutio. *1. Cor. 9.* *Gal. 6. v.* *De præsa. c. 7.*

## Q V A E S T I O XLIII.

*De operibus ex fide, quanam ea sint.*

L O C V S

*Lex non est ex fide ; sed qui fecerit ea homo uiuet in illis.*

ARGV MEN. HAERETICORVM.

DISIUNCTISSIMA certè sunt, maximeque inter se diuersa, accipere, & dare; credere, & facere, cognoscere & operari; quantaque est in his differentia, tanta est in fide, & operibus dissimilitudo, atque uarietas. Etenim fides Deo credens, quem fidelem esse certò nouit, Diuinas accipit promissiones : operum uerò uis tota in agendo, & aliquid Deo offerendo uersatur. Non sunt igitur opera, ex fide, quæ tantopere distant à fide. Quamobrem cum de iustitia agitur, pro nihilo habenda sunt omnia.

R E F V T A T I O .

CREDENDVM est ueteribus, & priscis (ut aiunt) uiris, quorum nemo scripsit opera non esse ex fide : id quod nouitii isti totius antiquitatis censores, tot argumentis efficere moliantur: Paulus inquit ; Lex non est ex fide. At non omnia opera legis uocabulo comprehenduntur: sed illa tantum, ac singulari munere proficiscuntur, sed vno duntaxat metu poenæ legis stimulamur, & excitamur. Illa uerò quæ nullo uel mortis, uel alterius cuiusque supplicii terrore iniecto, magna cum uoluptate à charitatis diuino, ac singulari munere proficiscuntur, ex fide sunt, quia (ut paulò antè diximus) illorum efficiendorum potestas fide impetratur, usque eo, ut non magis à nobis illa Deo dicantur offerri quam à 31. 37. Deo nobis dari, atque impartiri. Hinc illa toties repetita pietate plenissima ad Deum Augustini precatio: Da quod iubes, & iube quod uis.

*Quæst. p̄  
ced.*

*Lib. 10.*

*conf. 29.*

*31. 37.*

*De bo. p̄.*

*20.*

*De legis execratione; qua per Christum sublata, non una nos fides ad salutem perducit.*

L O C V S XLIIII.

*Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum.*

ARGV MEN. HAERETICORVM.

SI Christus ab ea, quæ in lege à Deo constituta est, execratione nos eripuit; ergo neque lex, neque opera, neque charitas id possunt efficere. Quibus omnibus non modò non liberamur, sed legis multæ magis, ac magis subiicimur. Quid igitur aliud, quam unam in Iesum Christum fidem spectamus, si recta ad iustitiam, & salutem uia contendere uolumus?

R E F V T A T I O .

NEQUE lex, neque opera, quæ legis Paulus appellat; neque charitas, quæ ad legem pertinet, legis nos poterat execratione absoluerè. Sed unus hoc potuit Christus, factus ipse pro nobis teterrima execratio; quemadmodum Paulus hoc loco apertissimè & planissimè explicat. At uerò per fidem in ipsum (ut sæpè iam dixi & dicendum est sæpius) omni scelere soluti, ac iustitiam adepti ex operibus, quæ Christi diuina, & singularis gratia in nobis, & per nos efficit, in ipsa iustitia confirmamur, corroboramur, progredimur, proficimus. Hoc igitur est, quamobrem non una fide nitimur; sed charitatem quæ fructus est spiritus sancti, & opera, quæ eodem spiritu mouente fiunt, cum illa copulamur.

*Gal. 3.*

Quibus



Quibus quidem operibus; non modò magnam ad iustitiam progressionem facimus; verùm ad illius quoque absolutionem; & perfectionem, tanquam ad laborum fructum, periculorum præmium, operum mercedem perducimur, quæ quidem, (vt Augustinus inquit) non in mandato facienda; sed in præmium percipienda est perfecta iustitia.

Cap. du.  
ep. Pel.  
Lib. 4.  
cap. 10.

## QV A E S T I O XLV.

*De peccatorum uenia per Christum accepta.*

L O C V S I D E M.

*Christus redemit nos de maledicto legis, factus pro nobis maledictum.*

A R G V M E N. H A E R E T I C O R V M.

S I Christus, (vt Paulus ait) factus est pro nostris omnibus peccatis maledictum, hoc est, si se ipsum pro nostra salute deuouit in crucem tolli, & nostrorum omnium peccatorum reus fieri uoluit, propter eius deuotionem, & Deo patri gratissimam victimam non propter vlla nostra vel merita, vel opera qualiacunq; sunt, à peccatis nostris absoluihur.

R E F U T A T I O.

Rom. 4.

QV A T E N V S per Christum, & nostram in illum fidem, qui traditus dicitur propter peccata nostra, à nostris peccatis soluti, ac liberati sumus, quatenus etiam nõ sine Christi gratia, per nostra nos opera. liberemur, & in integrum restituamur, nihil attinet repetere: cum in primi argumenti refutatione expedite fuerit explicatum,

tum, & aliàs sæpè in his quæstionibus, quod ad hoc etiã diluendum atque infirmandum argumentum satis esse possit diligenter expositum.

## QV A E S T I O XLVI.

*De doctrina falsorum Apostolorum quantopere à catholica ecclesia doctrina differat. De indulgentiis, Item satisfactionibus, &c.*

L O C V S XLVI.

*Testamentum confirmatum à Deo, quæ post quadringentos & triginta annos facta est lex, non irritum facit ad euacuandam promissionem.*

A R G V M E N. H A E R E T I C O R V M.

I V D E A O S vrget hoc loco Paulus, & firmissimò eos argumento ita insectatur, & exagitat, *Quadringentis, & triginta ante legem annis, Deus sanctissimum illud semen Abrahæ promiserat, cuius ratione optatissimum iustitiæ suæ beneficium non in unam Iudæorum gentem, sed in uniuersas totius orbis terrarum nationes & populos erat collaturus. At si iustitia à lege petenda sit, sustulit lex & irritam fecit eam, quæ tot annis antecesserat, promissionem. Nõ est igitur ex lege iustitia; sed ex fide in Christum: Christus enim unicum illud semen est, quo satis suis promissis fecit Deus, & pactum seruauit; quod Abraham pactus erat. Nos Pauli uestigia persequentes simillimo contra aduersarios nostros utimur argumento: antequam ulla esset mentio canonum pœnitentiæ, & meritorum congrui; atque condigni: antequã opera illa excogitentur: quib. et*  
P uos, &

uos, & indulgentias, & satisfactiones quas appellatis in fultè sanè coniungitis, & multis quidè annis ante peccata nostra in Christi morte, & cruce procurata, & expiata erant. Quòd si per isthæc uestra commenta peccatorum nobis uenia, & uera iustitia contingat: irritam profecto facimus, & infectam priorem illam, quæ ex Christi tormento & morte fuerat, culpæ liberationem. Nulla est igitur ex his sincera, & solida iustitia, quæ tota ab una Christi iustitia ducit exordium, & una in Christum fide expectanda, & concilianda est.

## R E F U T A T I O.

Q V A M illud est Pauli argumentum aduersus Iudæos firmum, & graue, & uerum: tam hoc, quod ad illius similitudinem contra nos fingitur, infirmum, leue, falsum. Quod quidem erit manifestum, & in medio positum, si quantopere nostra, hoc est, perpetua catholice ecclesiæ sententia ab illorum opinione, quos Paulus reprehendebat, dissentanea sit, attendamus: illi namque præpositi quippe homines ex lege iustitiam sectabantur, nos contra ex fide. Illi legem gratiæ Christi Abrahæ promissæ anteponebant: nos Christi gratiam iustitiæ salutis, & bonorum omnium fundamentum ponimus. Per legem illi ad diuinam promissionem contendeant, nos nisi accepta prius promissione, legis mandatis obtemperari non posse, statuimus. In lege illi, humanisq; uiribus omnia ponebant; nihil nos in lege, uiribusque nostris, sed in unius Dei, & Domini nostri Iesu Christi, præeunte nos gratia, & ad parendum legis mandatis instruente, & corroborate, omnia ponimus. Quo fit, ut neque indulgètiarum, neque satisfactionum, neque canonum pœnitentiæ, utilitatis fructum aliquem ponamus, nisi penes eos, qui à culparum sempiterniq; cruciatus uinculis per fidem in Christi crucem, ac mortem

mortè laxati fuerint. Quarum omnium rerum eum duntaxat usum esse prædiximus, ut ea, quæ ad tempus soluèda relinquitur, pœna nobis condonetur. Nam de meritis, quid sentiamus, fusè, lateq; supra diximus, quæ hoc loco iterare nequaquam necesse est. Igitur quemadmodum Paulus legem per fidem nequaquam destrui, sed frabilliri affirmat, eamque cum diuinis promissis pugna re negat; sic & nos, quas indulgentias uocamus, & satisfactiones, & reliqua omnia, quæ in argumento numerantur, cum illa scelerum suorum expiatione, quæ per Christi mortem facta est, & per fidem nobilcum communicatur, minimè committimus. Quinimò omnemquam his rebus tribuimus uim à Christi morte, & nostra in illum fide deducimus, atque deriuamus.

Quæst. 1

Quæ. 25

Rom. 4.

Gal. 3.

## Q V A E S T I O XXXVII.

*De operibus Abrahæ, quibus in iustitia profecit.*

## L O C U S XXXVII.

*Si ex lege hereditas: iã non ex promissione. Abrahæ autem per promissionem donauit Deus.*

## A R G V M E N T. H A E R E T I C O R U M.

A L I A Iudæos argumentatione premit Apostolus, quam nemo sanus cauillari poterit, quæ non Iudæorum modo; sed & omnium, qui se magnificè iactantes, nihil nisi merita loquuntur, & opera, ora occludit. Si uos (inquit) Iudæi per legem iustitiam acquiritis, quæ obsecro ratione, & uia Abraham pater uester iustitiã adeptus est? Numne ipse quoq; per legem? Minimè omnium: cum ne legis quidem nomen tum esset auditum.

quod si lex non erat, nec opera, nec merita : quid illud fuit, quo ad parandam sibi iustitiam usus est Abraham ? nihil certè, nisi fides qua Dei promissionem debito cultu uenerabatur, & obseruabat. Fides ergo, qua promissioni creditur, non lex, non opera, nò merita, iustitiam affert, & omne salutis adiumentum .

## REFUTATIO.

CERTISSIMO docet argumento ; Paulus, id quod minimè est inficiandum : Abraham non ex lege, quæ nulla tum erat, & à Mose duxit exordium ; sed ex promissionis gratia ad hæreditatem à Deo sibi promissam peruenisse. Verum illud, quod tam audacter, quam imperitè ad hoc argumentum adiungitur : Si lex non erat, nec opera quidem erant, nec merita ; non modò est contra omnem disserendi rationem ; sed iis quæ de Abraham scripsere, Moses, Paulus, & Iacobus, quæque de illo Christus ipse loquutus est, aperte, palamq; aduersatur ac repugnat. quis enim uel mediocriter in disserendi ratione exercitatus, conclusionem illam admiserit, ac non potius irriserit, in qua à parte ad totum negatio traducitur ? Esto, non fuerint Abraham tempore multa legis opera, quæ per Moysen legislatorè mādauit Deus : an opera erant summæ illius legis, quæ antè nata est, quam scripta lex ulla, rectæ scilicet rationis quæ prima fuit societatis humanæ conciliatrix ? Quis etiam extremis (vt aiunt) digitis sacras litteras attingit, qui temporibus illis, & sacrificia fuisse, & circūcisionem ignoret ? Erant igitur tum quoq; opera. At inquires : Opera illa nihil omnino ad iustitiam faciebant . Verum id quidè : Sed erat lex alia per fidem à spiritus sancti numine tracta, cuius opera diuina uoce laudantur, quibus nos iustitiæ tribuimus, & conseruationem & incrementum : quibus tanquam maximis meritis, maxima proposita est merces . Eiusmodi fuit illud ; cuius gratia confirmauit

Deus

Deus Abrahamæ promissionem, ita cum illo locutus : Per memet ipsum iuravi, quia fecisti hanc rem, & non peperisti filio tuo unigenito : benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum, sicut stellas cæli, & uelut arenam, quæ est in littore maris . Possidebit semen tuum portas inimicorum suorum, & benedicetur in semine tuo omnes gentes terræ, quia obedisti uoci meæ . Hoc illud est opus, ad quod Abrahamæ iustitiam Iacobus rerulit. Huius item generis opera, cum patrum fide, ab ipso quidem Abel initium sumens copulauit Apostolus : de quibus Dominus noster Iesus Christus, ad eos, qui de Abrahamæ se cognatione magnificè iactabant, atque ostendebant, dixit : Si filii Abrahamæ estis, opera Abrahamæ facite. Cauendum ergo monco perniciosum illud sophisma, quo quidem isti, contra quos disputamus, frequenter utuntur, dum quæcunque de lege derogauit Apostolus, ea ipsi de omnibus generatim, atque uniuersè operibus concludunt.

## QV AESTIO XXXXVIII.

De lege quantopere Pauli doctrina à doctrina dissentiat præsentium hæreticorum.

## LOCVS XXXXVIII.

Quid igitur lex? propter transgressionē posita est.

## ARGUMENT. HAERETICORVM.

HANC Pauli uocem, & sententiam mundo incognitam cum audirent homines, illi præcipuè, qui ingeniorum acumine occultissima perspicere, & reliquis omnibus præstare, putabant, quid non concluderent absurdè? Si lex (dicebant) iustitiam non præstat ; sed pro-

pter transgressionem lata est ; cur non vt gentes viuimus ex lege? cur non in peccato manemus , ut gratia abundet? cur mala non facimus, vt veniant bona? simili ter profectò & nobis accidit, qui Pauli doctrinam potissimum sequimur, eiusque auctoritatem maxime spectamus. Dum enim còstanter prædicamus, & mera Dei gratia, & una fide absque lege, & operibus iustitiam còtingere: mox colligit diuini consilii rude, & inperitum vulgus: nihil ergo operemur; ad nostrum arbitrium libi dinemq; uitam ducamus. Data iam nobis licentia libertateq; uiuendi absque ullo scrupulo fruamur. Quid ad uersus hanc hominum libidinem, intemperantemq; naturam, ueritatis prædicatione, verboque uitæ, & salutis ad libidinem scelerumque omnium licentiam abutentium, nos possumus; cum ne Paulus quidem ipse cum magno labore & studio huic hominum auerentiæ obuiã ire niteretur, multum profecerit? Præter hanc, quæ nobis cum Paulo, & Christo ipso communis est ueritatis prædicationem, & tutelam, nemo est, qui aliud quicquã causæ inuenire possit, cur uocemur hæretici, turbulentii, seditiosii concitatores plebis aduersus Cæsarem, & Pontifices.

## R E F U T A T I O.

*Rom. 3.* OMNIS omnino istorum hominum labor in eo uersatur, ut Pauli causam cum sua coniungant, immò unam, atque eandem faciant, quas utiq; si quis artem illam adhibeat, quasi uera à falsis distinguuntur, dissimulissimas maximeque diuersas esse facile iudicabit. Paulus enim, ut de lege tantum hoc loco agamus, non illud solum docuit: propter transgressionem promulgatã fuisse legem: id quod multum habet ad iustitiam momenti, cuius principium, ac quasi fundamentum, est, morbum agnoscere, iniustitiãq; propriã: uerum ex fide, cui ad iustitiã nanciscendã uim tribuit maximam, stabilitam, & confir-

confirmatam fuisse legem, non euerfam, aut destructã, firmissimè asseuerat: & ex christi Iesu missione ad nos, non peccatum rãtùm in carne, damnatum fuisse, sed & iustificationem legis impleri in nobis, qui non secundum carnem ambulamus: sed secundum spiritum. quæ omnia illa sunt ratione accipienda, in qua replicanda, summus istius disciplinæ doctor Augustinus, multus est, & frequens: Fide inquires confirmari legem, non destrui: quia impetrat gratiam, qua lex impleatur. Et gratia quidem (vt alibi dixerat) non ideò datur; quia bona opera fecimus, sed ut ea facere ualeamus: id est, non quia legem impleuimus: sed ut legem implere possumus. Isti uerò, quibus Pauli doctrinæ, hoc est, ueritati catholicæ, ne Helcesaitæ quidem capitaliores fuere hostes, tantum abest, ut ex fide, atque iustitiã, quã sibi opinionis errore finxerunt, legem stabiliat, & cum Paulo corroborèt, ut legis potius, ac legislatoris nomina extinguat, ac tandem deleant. quam obrẽ uitiosè quidem ex Pauli doctrina deprauati corruptiq; homines colligebant. Cur non ut gentes uiuimus ex leges? & reliqua, quæ in argumento recitantur. quæ omnia istorum cum ratione & disciplina, uerissimè consequentia maximeq; consentanea sunt. Declarauit id aduentus rerum. Mox enim, ut ea doctrina, quã Euangelij diuino nomine ornarunt, audiri cœpta est: quanta, bone Deus, in his qui illam amplexi sunt, subsequuta est morum corruptio! quanta ueræ pietatis contemptio: quæ religionis despectio! quæ bonorum operum negligentia! Cauenda est ergo omnis hæreticorum oratio, quantumuis licet pietate excellere uideatur. Nam (ut Tertullianus inquit) ruinas facilius operantur stantium ædificiorum, quam exstructionis iacentium ruinarum.

## QV A E S T I O XLVIII.

De legis moysi, & Christi differentia.

*Si data esset lex, quæ posset uiuificare: uerè ex lege esset iustitia.*

ARGVMENT. HAERETICORVM.

MAXIMI momenti, ac ponderis uerba quibus simpliciter, breuiterque efficit Paulus, nullam unquam fuisse latam legem, quæ uitam afferre posset, & salutem, sed miserè tantum perdere, & occidere. Si ergo opera, diuina lege præscripta, huiusmodi sunt, quid de illis dicemus quæ sita sunt in hominum legibus, quibus ad propositum iustitiæ, & beatæ uitæ finem stulti; ac creduli fallacium hominum auditores superstitiosa sollicitudine, & miseria contendunt: Nihil certè possunt ad iustitiam, & uitam adiumenti afferre, aut præsidij: neque uerò quisquam eò confugiat, ut Paulum existimet, & hic, & ubique, non de omnium pariter operum, sed eorum tantum quæ lege præscripta sunt, dignitate derogare; cum nullam uel in lege, uel in legis operibus uitalem esse dicat, aut salutarem uim. Altius enim ac fortius illa sonat oratio: Lex non uiuificat, qua Paulus utitur, quam hæc: Opera non uiuificant, quam nos requirimus, cum legitima opera excellentissima sint, & primario habenda loco, à quibus si uita hauriatur, à nullis prorsus operibus expectanda sit.

REPVTATIO.

*Augustinus* VITAM, & salutem non solum humana lex ulla dare non potest: sed ne diuina illa quidem, de qua Paulus tam accuratè differit. quamuis Dei digito scripta in tabulis lapideis, & quinquagesimo die post statutum solemne sacrificium, & transitum Domini ac datam diuinitus

nitus populo libertatem in monte Sina per Moſen promulgata sit. Verum est alia lex: ipsa quoque post quinquaginta dies à transitu Domini, hoc est, à Christi Iesu, qui uerus est agnus, quiq; abstulit peccata mundi, morte, & resurrectione in cordibus fidelium eodem Dei digito impressa, quam uitalem, & salutarem esse asseueramus. Quamobrem in sacrosanctis arcanis litteris apud Paulum præcipuè, illa dicitur extrinsecus in tabulis lapideis, ad impios terrendos inculpta: hæc in tabulis cordis carnalibus; hoc est, intus in animis fidelium consignata, ut iustitiam adipiscerentur. Illa littera occidens nuncupatur: hæc spiritus uiuificans: Quoniam (ut Augustinus ait) legis littera quæ docet non esse peccandum, si spiritus uiuificans desit, occidit. Scire enim facit peccatum potius quam cauere. Illa lex operum: quæ periculi denunciatione minatur, & imperat. hæc fidei: quæ credendo impetrat. Illa dicit Deus: Fac quod iubeo. hac dicimus Deo, da quod iubes. Illa Dei continet scita, & mandata. hæc Dei gratiam, & charitatem diffusam in cordibus nostris per spiritum, qui datus est nobis, immò ipsa est charitas, ut Augustinus affirmat. Illam implere nemo potuit. hæc ipsa est plenitudo legis. Illam qui sectantur, seruiunt in uetustate litteræ: hanc qui amplectimur, seruiunt in nouitate spiritus; mira scilicet cum suauitate, & delectatione. Illa denique lex est peccati, & mortis. hæc lex est spiritus uitæ in Christo Iesu; quæ omni liberat damnatione eos, qui non secundum carnem ambulant; sed secundum spiritum. Illa iusto non est imposita, sed iniustus, impiis, peccatoribus. hac autem una uerè iustus est, quicumque iustus est. Ea est enim iustitia, & gratia Dei per Iesum Christum. Cum illa spiritum adipiscimur seruitutis in timore. Cum hac spiritum adoptionis, in quo clamamus: Abba pater. & quæ ab huius, non ab illius legis mandatis ducuntur officia, præstantissima sunt, & excellentissima,

2. Cor. 3.  
*De spiritu et littera.* 17.

Cap. 5.

Rom. 3.

August.  
cap. 13.

Rom. 5.  
Cap. 17.

Rom. 8.

Rom. 13.

Rom. 7.

quæ conseruant, augent, perficiunt iustitiam. quorum hortatores, & magistros Petrum habemus, ac Paulum. Ille enim ad eos, qui verbum Euangelii acceperant, no uissimeque baptizati fuerant, sic scribit: Deponentes omnem malitiam, & omnem dolum, & simulationes & inuidias; & omnes detractiones, sicut modò geniti infantes, rationale, & sine dolo lac concupiscite: vt in eo crescatis in salutem; siquidem gustatis, quoniam dulcis est Dominus. Paulus autem, cum in priore epistolæ ad Romanos parte, à prima illa lege iustitiæ expectatam non esse docuisset, sed à fide: posteriore tractatu, alterius huius nostræ legis præcepta tradit, & ad illorū normam opera exigit, non alia certè quàm augendæ iustitiæ ratione. Quod quidem in ea, quam ad Ephesios scripsit epistola, pulcherrima ex accretione corporis collatione accepta, sic expressit: Veritatem facientes, in charitate crescimus, in illo per omnia, qui est caput, Christus, ex quo totum corpus compactum, & connexum per omnem iuncturam subministrationis secundū operationem in mensurā vniuscuiusq; membri augmentum corporis facit in ædificationem sui in charitate. Vt autem quanta sit nostræ huius legis operum excellentia, magnitudoque tanquā in speculo conspiciatur: quæ de prima sanctorum fidelium ecclesia scripta sunt, diligenter attendamus. Omnes qui credebant, erant pariter, & habebant omnia communia. Possessiones, & substantias vendebant, & diuidebant illa omnibus, prout cuique opus erat. quotidie quoque perdurantes vnanimiter in templo, & frangentes circa domos panem, sumebant cibum cum exultatione & simplicitate cordis collaudantes Deum, & habentes gratiam ad omnem plebem. Eat igitur nunc nescio quis, & de legis operibus fingat, effutiatq; ea, quæ in argumēto isto iactant, quæ prorsus omnia hominis sunt ignorantis, quid inter legē intersit, ex qua iustitiā nō proficisci Paulus docet, & legē spiritus, cui nos omnem retribuimus iustitiam.

QV A E -

*De Iudæis quos Paulus condemnat, & monachis quos damnant heretici.*

L O C V S I.

*Conclufit scriptura omnia sub peccato.*

*Epistola  
106.*

A R G V M E N . H A R R E T I C O R V M .

QV I D hoc quæso est, quod ait, lex omnes facit reos, omnia criminatur? Hoc illud profecto est, quod paulò antè dixit: Quicumq; ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt. Scriptum est enim: Maledictus omnis, qui non permanserit in omnibus, quæ scripta sunt in libro legis, vt faciat ea. Quo quidem loco criminofus, & rei efficiuntur omnes, non illi modò, qui contra scita, quæ litteris legis continentur, apertè peccant; sed & qui conantur ad illa, quæ lege sancita sunt, omnes vitæ actiones accommodare, atque ab illis ne transuersum quidem vnguem discedere. quales erant tum Iudæi, quales item nunc monachi sunt nostri, omnem salutis spem in votis, & humanis constitutionibus collocantes: damnantur denique hoc eodem loco cultus omnes, quicumque illi sunt, & quantumuis legitimi, præter vnā in Christum fidem: quæ vna atterit caput serpentis: vna liberat ab execratione legis, vna sine lege & operibus vitam, iustitiam, & salutem secum ipsa fert.

*Deut. 27*

R E F V T A T I O .

I V D A E O S, qui posthabita in Christum fide iustitiam sese, & salutem per legem assequi sperarēt, & hic, & ubique damnat Apostolus. Qua de re etiam ad Romanos

Rom. 9. manos scribens, ait, Israel sectando legem iustitiæ, in legem iustitiæ non peruenit. Quare? quia non ex fide; sed quasi ex operibus, id est, ex operibus sine fide, quæ legis opera interdum uocat. Cùm igitur Apostoli ex-  
plo nos quoque non solum monachos (si modò istius modi unquam fuere monachi) sed omnes omnino homines, qui sine fide in Christum, aut voto, aut sacrificio, aut lege, aut cultu, aut ulla alia re confidentes iustitiam adipisci posse conarentur, damnatione, pœnisque apud inferos sempiternis dignos esse semper existimauerimus, & iudicauerimus: non uideo cur Andabatæ isti iure optimo ridendi, hoc leuissimo telo aduersus nos tam crebrò utantur; nisi fortè ad eam excusatione confugere se posse putant, omnium errorum culpam ignorantioni nostrorum dogmatum, in qua cæci, ac miseri uersantur, esse tribuendam.

## QV AESTIO LI.

*De lege quomodo carceri similis sit, & pædagogus.*

LOCVS LI.

*Prusquam ueniret fides, sub lege custodiebamur conclusi, in eam fidem, quæ reuelanda erat; itaque lex pædagogus noster fuit in Christo, ut ex fide iustificemur.*

## ARGVMENT. HAERETICORVM.

ECCÈ tibi legis officium pulcherrimè depictum carceri similis est, & pædagogo. O pulchras, & appositas similitudines; neq; fur carcerem amat, neq; pædagogum puer; ille quidem quanquam coniectus in carcerem, à malo absteineat: non sua quidè id spòte facit, aut amore

amore iustitiæ, sed carcere vetante; quem si posset, efringeret, & ad furta egrederetur. Hic autem etsi metuat pædagogum, & caueat peccata, neque odit, neque detestatur: quinimò quæcunque furtim potest, etiam nefaria committit. Talis profectò, talis est iustitia legis, ut in fronte multi quidem iusti, ac boni appareant, qui corda gerunt intus impia, peccata verè non oderint, legem ipsam perhorrescant, non secus, ac fures carcerè, & pueri pædagogum.

## REFVTATIO.

CONGRVENTES certè similitudines, atq; ad Apostoli propositum quàm maximè accommodatæ; verùm in argumento contortæ, atque alio quàm oportet transfatæ. Loquitur enim Paulus de homine, qui p fidem Iesu Christi promissionem spiritus, hoc est, iustitiam nondum est consequutus. Cui lex carcer est odiosus, pædagogus est molestus; & si quid etiam grauius, aut seuerius dici, excogitariue potest. At ubi venit fides: ubi spiritus sancti gratiam, in qua consistit iustitia, quis consequutus est: legem non amplius odit, ut seruus; sed amat, ut filius; non horret, ut puer; sed ut iam grandis amplectitur; atque in ea iocundè, ac suauiter oblectatur. Ad hanc autem agnoscendam differentiam, cuius ignorance decepti multi, & in errorem inducti sunt, quædam ex P. sanctissimo Augustino ad verbum recitanda, & attentè consideranda testimonia subscribo: cùm Dauidis carmen illud ponderat: Viam mandatorum tuorum cucurri, cùm dilatasti cor meum; sic inquit: Cordis dilatatio, iustitiæ est delectatio. Hoc munus est Dei, ut in præceptis eius, non timore pœnæ angustemur; sed dilectione dilatemur. Hanc enim nobis promittit latitudinè, dicens: Habitabo in eis, & deambulabo. Quàm enim latum est, ubi deambulat Deus? In hanc latitudinem diffunditur charitas in cordibus nostris

In Psal.  
118.  
Con. 10.

Con. 1. I.  
1. Tim. I.

nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Proxi-  
mum huic Davidis carmen est: Legē pone mihi Domine,  
viā iustificationū tuarū, & exquiram eā semper. De  
quo sic loquitur Augustinus: Quid est, quod erat, vt sibi  
lex à Domino ponatur, si non ponitur iusto? Ecce quō  
voluit legē sibi poni à Domino; non sicut iniustus, & nō  
subditis, ad vetus testamentū pertinentibus, posita est  
in tabulis lapideis: sed sicut sanctis, filiis liberæ; hoc est,  
supernæ Ierusalem, filiis promissionis, filiis hereditatis  
æternæ, sancto spiritu, tanquam digito Dei in mente da-  
tur, & in cordibus scribitur: non quā memoria teneat,  
& vita negligat; sed quam sciant intelligendo, faciāt  
diligendo in latitudine amoris, nō in timoris angustiis.  
Nam qui timore pœnæ, non amore iustitiæ, opus legis  
facit; profectō inuitus facit. Quod aut inuitus facit, si  
fieri possēt, mallet vtique non iuberi, ac per hoc legis,  
quam vellet non esse, non est amicus; sed potius inimi-  
cus, nec mundatur opere, qui immundus est cogitatio-  
ne & voluntate. Premissione quoque illa, quæ apud Ie-  
remiā legitur: Dabo legem meā in visceribus eorū; &  
in corde eorū scribā eam. Significari affirmat eos, qui  
ad nouum testamentū pertinent: non forinsecus terren-  
tem legem formidaturos: sed intrinsecus habitantē ip-  
sam legis iustitiam dilecturos. Tam igitur sunt hæ simi-  
litudines ab istorum qui nobis aduersantur sententiæ  
alienæ, quām sunt Pauli proposito, & disputatione ac-  
commodatæ.

Ex capi-  
te 4.

## QVÆSTIO LII.

*De legis ad iustos, & iniustos uario respectu.*

LOCVS LII.

*Cūm essemus paruuli, sub elementis mundi era-  
mus seruientes.*

ARGV.

PAVLVS de iustificatione agens vbique de lege, Gal. 3.  
tanquam de re contemptissima & abiectissima, loquitur: modō carceris, modō pædagogii similem eam esse  
1. Cor. 13.  
dicit, modō inusitatis, atque probrosis appellationibus  
2. Cor. 3.  
notat, veluti, cūm elementa mundi vt hic, & cūm pecca-  
ti vim, cūm litteram occidentem, cūm denique mortis  
ministerium eam appellat. Quibus quidem siue compa-  
rationibus siue nominibus illud potissimum docet à le-  
ge, neque libertatem, neque explicatam de Christo Ie-  
su notitiam, neque veram, ac solidam sapientiam, ne-  
que peccatorum veniam, neque vitam, neque salutem  
esse expectandam. Quid igitur lex ad iustitiam potest?  
Ne pilum quidem.

## REFVTATIO.

DE lege nos hæc omnia, apertē quidem, atque in-  
genue confitemur: verūm duo atteximus; quæ vos nō  
astute modō: sed etiam sceleratē reticetis. Alterum il-  
lud est, quod exquisitis rationibus, & Augustini, quem  
catholicæ veritatis parentem appellare possumus, mul-  
tis supra testimoniis confirmauimus, non minimi qui-  
dem momenti legem esse ad iustitiam adipiscendam:  
adiuuat enim in hoc lex (cuius rei grauis est testis Au-  
gustinus) vt neglectæ, ac violatæ legis reos, ad gratiam  
confugere cogat: qua cum erroris, ac peccati culpa li-  
berentur, tum ad cupiditatum incendia comprimenda,  
atque restinguenda adiuuentur. Alterum verō est, vt  
ad gratiam confugiētes, & iustitiam ex fide assequuti,  
legem non iam amplius, vt carcerem, aut pædagogum,  
aut eorum aliquid, quæ ab aduersariis in argumēto col-  
liguntur, odio habeant: sed planē ament, ac diligant, &  
summi Dei ope legis præceptis pareant, & obtempe-  
rent; magnam quotidie ad iustitiam facientes accessio-  
nem,

Quæst. 32  
& 48.  
Lib. 1. de  
gratia;  
Christi  
cap. 8. 9.



nem, donec perfectam illam, & omni ex parte absolutam, beatæ, & sempiternæ vitæ iustitiam consequatur. An legem, tanquam carcerem fuisse existimandum est, Regi David carmen illud ad lyrâ canenti: Iniquos odio habui, & legem tuam dilexi? Vel illa, quibus singularem animi affectum exprimit: Quomodo dilexi legem tuam Domine: tota die meditatio mea est. Dilexi mandata tua super aurum, & topazion? An Apostolus, quem diligebat, & charum habebat Iesus, legē quasi pædagogum metuebat, cum scriberet: Hæc est charitas, vt mandata eius custodiamus, & mandata eius graua non sunt? scilicet ignorauit Augustinus quæ esset vis legis, ante acceptam illam quæ ex fide est Iesu Christi, à Deo iustitiam? Qua de re tā sapē, & accuratē scripsit, illud præsertim in lib. de gratia Christi aduersus Pelagium, & Cœlestium. Ad hoc valet legis agnitio, si gratiæ desit opitulatio, vt mandati fiat præuaricatio. Iubet enim magis, quā iuuat, docet morbū, non sanat, immō ab ea potius, quod non sanatur, augetur; vt attrētius & sollicitius gratiæ medicina quærat. Si enim data esset lex, quæ posset iustificare, verē ex lege esset iustitia. In quantum tamen lex adiuuat, adiungit, & dicit; sed conclusit scriptura omnia sub peccato, vt promissio ex fide Iesu Christi daretur creditibus. Hoc ipsum ergo superbis est vrile sub peccato arctius manifestiusque cōcludi, ne ad faciendam iustitiam, de liberi arbitrij quasi propriis viribus præsumatur: sed omne os obstruatur, & reus fiat omnis mundus Deo, quia non iustificabitur ex lege omnis caro coram illo. Ignorauit vim gratiæ, in qua tota consistit iustitia fidei, & omne positum est ad ipsam quoque legis iustitiam comparandam adiuumentum, atque subsidium? Quare eodem libro scripsit: Nemo potest legem implere per legem. Plenitudo enim legis charitas. Charitas autem Dei non per legem diffusa est in cordibus nostris; sed per spiritum sanctū, qui datus est nobis. Proinde per legē gratia demonstratur,

vt

vt lex per gratiam cōpleatur. Ignorauit, quæ de accretione iustitiæ diximus, qua de re apertissimē ac planissimē loquutus dixit: Si summa, & cui nihil est addendum, charitas in Apostolo fuisset, quæ omnino non posset inflari, nunquid necessarius esset Angelus sathanæ, quo colaphizante comprimeretur elatio, quæ in magnitudine reuelationū posset existerē? Charitas itaq; in tanto Apostolo de die in diem profectō augebatur, quā diu homo eius interior de die in diem renouabatur, perficienda sine dubio, vbi iam non posset inflari. Igitur quæ de lege in argumento recitantur, ad eum referenda sunt hominem qui nōdum per fidem in Iesum Christum, iustitiam adeptus est. Quæ verō nos ex perpetuo catholicæ ecclesiæ consensu, de lege prædicamus, ad eūdem gratia Christi liberatum, & ad vitam sanctissimē atque honestissimē, ad legis præscripta traducendam, diuino charitatis munere communitum.

Cap. 21.  
lib. 4. 5.

## QV AESTIO LIII.

*De Pauli circa legem varijs sermonibus: itemque de legis ipsius vario vsu.*

L O C V S I D E M.

*Cum essemus paruuli, sub elementis mundi eramus seruientes.*

A R G V M E N . H A E R E T I C O R V M .

EXTRA locū, in quo de iustificatione Paulus agit, quā magnificis, ac splendidis nominibus legem ornata: Lex (inquit cum ad Romanos scriberet) sancta, & mandatum sanctum, & iustum, & bonum. Ad

Rom. 7:

Q Timo-

1. *Ti* 1. Timotheum verò; Scimus ait, quia bona est lex, si quis ea legitimè utatur. Cùm verò in loco versatur, qui est de comparandâ iustitiæ ratione, & via, quibus legem nominibus appellet, superiore argumento patefactum est. Quæ tanta rerum, ac sententiarum uarietas, quid aliud docet, nisi priora illa ad legis officia referenda esse, quæ sunt, peccatum ostendere, amplificare; sub eo concludere omnia, terrere, iram operari? Quæ cùm efficitur lex, bona dicenda est, & sancta, & iusta. Nam ad hæc efficienda, legitimus illius habendus est usus. Hæc autem posteriora ad nanciscendam iustitiam: ad quam nihil prorsus à lege adiumenti petendum est, nihil subsidii. Vbi igitur Christus vnicus ille verè iustitiæ auctor per fidem nobis illuxerit, reiicere penitus, atq; aspernari legem oportet.

## REFUTATIO:

QVID attinet eadem ferè leuissima, tenuissimaq; toties inculcare argumenta? ad quæ omnia quàm prompta, quàm facilis, quàm breuis est defensio? sed ne quid eorum, quæ nobis hæretici obiiciunt, dissimulare uideamur, ad singula quæque argumenta eadem sæpè fastidiosè, & stomachosè repetètia, respondere compellimur: id quod in hoc argumento facimus, cuius eadem potius argutiæ sunt, acumen idem cum superiore. Nomina igitur illa, quæ ex superiore citantur argumento, quibus legi nõ solum iustitiam de traxisse, sed iniustitiæ occasionem, & accessionem tribuisse uidetur Apostolus, legi quidem conueniunt; sed solitaria, atque à gratia fidei seiunctæ, ac separata. Quare Augustini norma & lege illa expendenda sunt omnia, qui ait. Lex sine gratia, virtus peccati est. At verò illa legis elogia, quibus iusta, sancta, bona prædicatur, non eorum officiorum gratia modò, quæ in argumento recensentur; quæq; lex aduersus iniustos tantum exercet, legi tribuenda sunt;

Rom. 3.  
3.7.  
Gal. 3.

Epi. 115.

sunt; sed multò etiam magis propter ea, quæ in sanctis, bonis, & iustis legem ipsam non iam amplius horrentibus; sed diligentibus efficit. De quorum omnium persona dixit Dauid, Iniquitatem odio habui, & abominatus sum: legem autem tuam dilexi. Aliamque ratione ut in nostra, hoc est, Augustini, puræ, & sinceræ Theologiæ parentis disciplina est, iniustus lege legitimè utitur, alia iustus. Ille quidem, ut ea tanquam pædago perducatur ad gratiam, per quam quod lex iubet possit implere. hic autem, ut in ea tanquam in speculo, uel quid iustitiæ acceperit, contueatur, vnde Deo gratias agat, uel quid adhuc sibi desit, quod precibus studiosè, & diligenter petat: itaq; legis mandatis obtemperans ad eam perueniat iustitiæ perfectionem & absolutionem, quæ cum uita, & salute sempiterna coniuncta est; quam qui esuriunt, & sitiunt, beati in Euangelio appellantur. Quid ergo Paulus sibi uoluerit, modò legem extollens; modo deprimens, quâ tumq; in eo fallâtur hæretici, suo proprio, eoq; nefario sensu sacras litteras interpretantes, ex his, quæ tum alibi, & sæpè, tum in hac ipsa responsione diximus, manifestum, & in medio positum est.

Pf. 118.

De spiri-  
tus, & li-  
tera c. 10

Epi. 89

## QVAESTIO LIIII.

De Christo legislatore, & iudice.

## LOCVS LIIII.

Misit Deus filium suum factum sub lege, ut eos qui sub lege erant, redimeret.

## ARGVMENT. HAERETICORVM.

OMISERABLEM incitiam, ò perniciosum errorem prædicantium, & falsis quibusdam quasi coloribus

ribus effingentium Christum; tanquam nouum legislatorem: quali veterem Iudeorum legem abrogauerit, vt nouam Christianis hominibus imponeret. Quam nihil se scire ostendunt, de Christi officio, de quo ipse Christus dixerat: Non misit Deus filium suum in mundum, vt iudicet mundum. Et illud: Ego non iudico quenquã. Non ergo id habuit operis, ac muneris, vt nouam institueret legem; sed vt ab hominum ceruicibus seruire illud, & intolerabile veteris legis iugum auferret, atque deijceret. Hoc illud est, quod Paulus clamat; Misisse Deum filium suum factum sub lege, vt eos, qui sub lege erant, redimeret. Nostri verò nouitij Theologi, Diuino aduersantes, repugnantesquẽ consilio, pro liberatore, legislatorem, qui nos in durissimam tradat seruitutem suscipiendam esse docent,

## REFUTATIO.

*Quaest. 16.* AD ista omnia refellenda, & coarguenda mendacia, satis esse possunt; quæ supra de legislatore Christo, & de lege ab eo lata docuimus, & quæ de acri, & seuerofactorum omnium nostrorum futuro iudicio, cui præ futurum sese Christus ipse prænuñciauit. Ea enim si diligenter, & attento animo perlegentur; facile cuiuis ostendent, quid inter legem illam, à qua nos Christus liberauit, & eam, quam condidit, interstit; & quid iudicium à iudicio differat illud, cuius exercendi sibi ipse facultatem ademit, & illud, quod suum proprium, ac peculiare futurum esse promisit. Veruntamen ad illas disputationes, in quibus quicquid in hoc argumento roboris est, & neruorum inciditur, hanc etiam faciamus accessionem. Nisi Christus legislator esset, & iudex, quisnam ille fuisset, de quo sic loquitur maximus vates Esaias? Dominus iudex noster, Dominus legifer noster, Dominus rex noster; ipse saluabit nos. Quæ nequis dicta acciperet Iudaico more de le-

*Esai. 33.*

ge per Moysen lata, de quẽ salute diuinitus data, in horrifico illo, ac nefario bello, quod aduersus Hierusalem Assyrius Sennacherib gerebat: vide mihi primũ, de qua salute loquatur: de illa nimirum, quam vnus af ferre potuit Christus. Quare idem ipse vates, quasi id quod dixerat: Ipse saluabit nos: apertius explanas adiunxit: Populus, qui habitat in ea, auferetur ab eo iniquitas. Sed & illud animaduerte, quemadmodum non multo post Christum ipsum (id quod apud nos, qui illum colimus, in dubium venire non potest) describat. Deus (*Cap. 35.*) inquit) ipse veniet, & saluabit nos. Tunc aperientur oculi caecorum, & aures surdorum patebunt. Tunc saliet sicut ceruus, claudus, & aperta erit lingua mutorum. Iam verò si non abrogata lege veteri, quæ in monte Sina olim promulgata fuerat, nouam aliquam tulisset Christus; quænam obsecro foret illa, quam non de Sina; sed de Sion monte proditura, & in Christi ecclesia futuram præsenfit Esaias: In cuius verbis si paulo diligentius attenderimus, Christi ecclesiam, & Christianam legem, tanquam in tabella artificiosẽ depictam, in præsentia, & ante nostros oculos propositam intuebimur? Erit (inquit) in nouissimis diebus præparatus mōs domus Domini, in vertice montium, & eleuabitur super colles, & fluent ad eum omnes gentes, & ibunt populi multi, & dicent: Venite, & ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob, & docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis eius; quia de Sion exibit lex, & verbum Domini de Ierusalem. Quicumque igitur regalem istam Christi legislatoris, legem agnoscimus, atque seruamus, quæ in charitate tota posita est, omni seruili metu liberati iugum gestamus suauẽ, & onus leue. Et hæc quidem, quæ de Christo, & eius lege, ad ea, quæ supra dixeramus, argumenti huius occasione adiecimus, adeo patent, adeoque aperta sũt, vt ea quibus habere, perinde sit, atque à Christi religione penitus abhorrere.

*Esai. 2.*

## QV AESTIO LV.

*De gratiæ diuinæ cognitione, an ea ad fidem pertineat.*

## L O C V S LV.

*Quoniam estis filij, misit Deus spiritum filij sui in corda vestra clamantem, Abba pater. itaque iam non est seruus? sed filius: quòd si filius, & hæres Dei per Christum.*

## A R G V M E N T. H A E R E T I C O R V M.

SOLIS profectò luce clarius esse ex hoc loco debet: Christianos homines non sine scelere nefario dubitare, quin sint in gratia cum Deo: Si enim filij Dei sumus; si spiritum in cordibus nostris habemus clamantem Abba pater: si non amplius serui; sed filij, & hæreses Dei instituti per Christum, si per eundem, & reducti, & reconciliati, & restituti in gratiam cum Deo sumus: certe cum Deo sumus in gratia. Quisquis enim de Dei erga se voluntate anceps, & incertus fuerit; ac non certò constituit, se esse cum illo in gratia: is nūquam credit, Deo se esse curæ, remissa sibi esse peccata; posse deniq; salutem consequi, & vitam sempiternam. Verè, & sapienter dixit Augustinus: Vnumquēq; fidem suam aperit, si mē & planissimè uidere. Nisi ergò certissimum habeamus, ac minimè dubij simus, tanquam de re, quæ manu teneatur, non esse cum Deo in gratia, nos placere Deo ratione Christi, cuius gratiæ confidimus, nos habere spiritum Christi; quem qui non habet; hic non est eius, ut Paulus ait, dubiæ semper nobis erūt nostræ om-

*De tri.  
li. 13. ca  
pit. 2.*

*Rom. 8.*

nes

nes cogitationes, sermones, actiones, & propterea sine dubio peccata. Omne enim, quod non est ex fide, peccatum est. *Rom. 14.*

## R E F U T A T I O.

DISTINGVENDA sunt, & accuratè, ac diligenter separanda, non in Paulo solùm; sed in omnibus sanctis, religiosisq; libris ad detegendas istius generis argumentorum fallacias, & fraudes, illa, quæ ad fidem propriè pertinet, & sine ulla hæsitacione credèda sunt ab iis, quæ fiduciam (nam ea quoq; fides crebrius nominatur) siue excitant, siue confirmant, cum qua nihil prohibet, quemadmodum & cum ipsa spe (est enim fiducia certa quædam, & uehemens spes) non nihil dubitationis esse coniunctum. Primi generis quæcunque sunt, cum nihil habere possint uanitatis admixtum: in iis credendis, neq; errare, neq; falli possumus. At uerò in iis, quæ ad alterum pertinent genus, quid vetat, cum coniecturis ducamur, spe sæpè nos falli, & incertos esse, atq; etiam nonnunquam aberrare à uerò? Atque ut hæc distinctio, quam confundere modis omnibus hæretici, & permiscere nituntur, clara, & illustris appareat, ex eplæ appositione non aliunde, quàm ex Pauli ipsius doctrina petiti illustranda est. Hæc omnia, quæ de Galatis credètibis in Christum Paulus in hunc locum colligit, & coaceruat: quòd non serui; sed filij Dei essent: quòd hæreses Dei, Christi gratia instituti: quòd spiritum Christi in cordibus suis haberent clamantem Abba pater: hæc inquam omnia ad fidem uerè, ac propriè pertinet; & uerissima absq; ulla hæsitacione sunt, si ad Galatarum ecclesiã, ad quã hanc ipsam scripsit epistolã, referatur. Quamplurimos. n. in ea ecclesiã, tunc cum hæc scribebat Apostolus, re ipsa fuisse tales, quales eos depingit, nulli dubiũ esse debet. Quæ autem de Galatarum ecclesiã dicimus, ad communem omnium Christianorum

Q 4 homi-

hominum toto terrarum orbe longè, lateque diffusam ecclesiam traduci commodius possunt: in qua innumera- bilis est multitudo filiorum, & hæredum, qui suas co- gitationes precationis actiones nõ suos, sed Christi spi- ritu gubernant, regunt, moderantur: quorum ratione vna sancta, & catholica prædicatur. At verò si eadem il- la, quæ ad ecclesiam vniuersam pertinere diximus, sigil- latim vnusquisque Christianus ad se transferre, & tam certa, quam ea, quæ de fide decreta iam facta sunt, ha- bere velit: nisi id sibi licere diuina aliqua patefactione fuit patefactum, inconsideratissimè profecto, ac demer- tissimè temeritatis plenus is erit existimandus: quan- tumvis licet virtute, & sanctitate excellat, nulliusq; cul- pæ sibi sit conscius. Potest igitur, ac debet vnusquisque Reipub. Christianæ ciuis, qui fidei, & renouationis sa- cramento renatus est, quique in domo Dei, hoc est, in Ecclesia Dei uiui, quæ est columna, & firmamentum ve- ritatis, habitat, & qui ecclesiæ pars, ac membrum cor- poris Christi est: potest utique ac debet omnia, quæ de Dei erga vniuersam ecclesiam beneuolentia, in libris sanctis recitatur oracula, ad sese transferre; ita ut ama- ri se à Deo, & cum eo esse in gratia illisq; oraculis con- tineri, atque comprehendi confidat, & credat. Sed non eadè rament, id fide, ac religione, qua ecclesiam *suam* amari à Deo, & illam, & oracula vera esse credimus, & qua omnia ecclesiæ dogmata suscipimus, & amplecti- mur. Hæc. n. sine summo infidelitatis, & hæreseos crimi- ne in dubium vocari non possunt. Quoniam igitur mo- do, & qua fide credemus, cum Deo nos esse in gratia, & ita amari, vt nosmetipsos Dei filios, & hæredes appella- re audeamus: Ea nimirum, quæ verius, ac proprius bo- na quædam, ac sancta spes est, quam fides, quæ tamen spes interdum fides, interdum fidentia appellatur: con- traria illa quidem desperationi ac diffidetiæ, sed nõ ea quidem prædixæ vi, atque virtute, vt omnem ex animo serupulum euellat, & omnem penitus suspicionem, fo-

licitu-

licitudinem, dubitationem. Præstat enim hæc dum ama- ram, & periculofam hanc viuimus vitam, tanquam cal- ccaria & stimulos in animis nostris relinqui, vt eo sæ- pius ad preces, ad lachrymas, ad vigiliæ, ad ieiunia, ad implorationem opis diuinæ confugiamus, omnesque sensus nostros, & appetitus tanquam acceptissimas vi- ctimas Deo mactemus, & sacrificemus. Hæc autem nisi adhibitis grauisissimis, clarissimisque testimoniis confir- metur, parum firma, & à vero aliena æstimari ab illis poterunt, qui omnia sua ex Pauli doctrina tanquam ex oraculo vnus ipsis noto ac familiari edita gloriantur, & satis quidem insolenter. At enim quid sibi quæso voluit Paulus, cum ad Romanos scripsit, isdè ferè verbis, quib- us in hæc ipsa, quæ ad Galatas est, Epistola vitur, de di- uina erga illos certa, firma, ac paterna planè beneuolè- tia? Ipse inquit spiritus testimonium reddit spiritui no- stro, quòd sumus filii Dei: si autem filii, & hæredes: hæ- redes quidem Dei: cohæredes autem Christi. At in eadè epistola omnem illam firmitatem, ac miram securi- tatem quasi præciciens, ait: Noli altum sapere, sed time. Si enim Deus naturalibus ramis non pepercit, ne fortè nec tibi parcat. Vide ergo bonitatem, & seueritatè Dei, in eos quidem, qui ceciderunt, seueritatè; in te autem bonitatè, si permaneris in bonitate: alioqui & tu excideris; sed & illi si non permanerint in increduli- tate, inserantur. Potès est enim Deus iterum inserere illos. Nam si tu ex naturali excisus es oleastro, & con- tra naturã insertus es in bonã oliuam, quantò magis ii, qui secundũ naturã inserentur suæ oliuæ? Nisi enim eã, quam diximus, adhibuerimus: in explicando distinctio- nem, vt ea quæ ex octauo capite epistolæ ad Romanos allata sunt, ad vniuersam non solum Romanorum, ad quos scribit; sed omnium omnino fidelium ecclesiã referantur: quæ verò ex vndecimo ad singula membra, quæ & confidere, & timere, & bonæ spei, sanctiq; timo- ris plena esse debent: Paulus sine dubio videri possit inconstans,

Rom. 8.

Rom. II.

inconstans, qui eisdem Romanos & bene sperare, & timere iubeat: & quos se Dei filios, & hæredes exiltimare velit, eisdem, & altum sapere vetet, & timere, ne ex bona oliua excidantur, admoneat: inconstantiæ autem Apostolorum arguere, quàm indignū, ac nefas sit, quid attinet dicere? Sed ad Corinthios est tam latè hæc explicata sententia atque distinctio ecclesiæ videlicet vniuersæ, & singulorum amoris Dei erga omnes, & iræ aduersus aliquos, fidei certæ vniuersi corporis ecclesiæ, & fiduciæ singulorum membrorum cum timore coniunctæ, & admixtæ, vt satis admirari nemo possit, quomodo ad hanc violandam veritatem, importunis calumniatoribus aliquid loci relictum sit. Nolo (inquit) vos ignogare fratres, quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt, & omnes in Moyse baptizati sunt in nube, & in mari; & omnes eandem escam spiritualement manducauerunt; & omnes eundem potum spiritualement biberunt: bibebant autem de spiritali, confluence eos petra. Petra autem erat Christus; sed non in pluribus eorum beneplacitum est Deo. Nam prostrati sunt in deserto. Hæc autem in figura facta sunt nostri, vt non simus concupiscentes malorum; sicut illi concupierunt. Neque idololatræ efficia mini, sicut quidam ex ipsis quemadmodum scriptū est: Sedit populus manducare, & bibere: & surrexerunt ludere. Neque fornicemur, sicut quidam ex ipsis fornicati sunt, & ceciderunt vna die viginti tria millia. Neque tentemus Christum, sicut quidam eorum tentauerunt, & a serpentibus perierunt. Neque murmuraueritis, sicut quidam eorum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore. Hæc autem omnia in scriptura contingebant illis. Scripta sunt autem ad correptionem nostrā, in quos fines sæculorum deueniunt. Itaque, qui se existimat stare, videat ne cadat. Videtis ne quàm præclara, & eximia sunt hoc loco expressa diuinæ charitatis erga veterem illam populi Iudaici ecclesiam argumen-

ta, & ea quidem in ecclesia multos fuisse, qui iure meritoque Dei minimè placerent? qui si ratione earum rerum, quæ in ecclesiam vniuersam consuebantur, Dei erga se voluntatem, & gratiam iactare voluissent, quàm temerè id, & quàm audaciter, ac falso teccissent, quis est, qui non intelligat? Quod si (vt nõ obsecrè docet Apostolus) illa omnia, quasi exempla nobis ad doctrinam proposita sunt, præsignificabantque res nostris his vltimis temporibus futuras, quis tam surdus est, qui non tamquam ad se, & ad singula ecclesiæ membra spectantem conclusionem illam exaudiat? Itaque qui se existimat stare, videat ne cadat. Quis tam insigni amentia cæcus, qui in ea conclusione, & clausula non videat, standi cõfessionem cum metu cadendi coniunctam esse oportere? In hoc autem infringendo, concidendoque errore tam creber ac multus Paulus fuit, vt omnia, quæ ab eo sumi possunt testimonia colligere, atque describere, & longum, & superuacaneum videatur. Diuinasse profectò visus est hanc quam nostris oculis videmus funestā, ac pestiferam sectam in ecclesia futuram. Quid est illud, quod tam apertè ad Philippenses scriptū est cum metu, & tremore vestrā salutē operamini. Deus est enim, qui operatur in vobis, & velle & perficere pro bona voluntate. Nunquid quem in metu, & tremore salutis operam dare iussit, eum tam securum, ac certum esse pateretur, quàm hæretici dicunt nihil omnino de salute ad piscenda dubitationis habentem, nihil formidinis? Sed quis nisi durissimo ore aduersus hanc veritatem hincere audebit, cum Paulum audierit, posteaquam dixisset, Nihil mihi conscius sum: hæc de semetipso pronunciatem; Ego sic curro, non quasi in incertum: sic pugno, non quasi aerem uerberans; sed castigo corpus meum, & in seruitutem redigo: ne fortè cum aliis prædicauerim, ipse reprobus efficiat? Cuius, obsecro, vox ista esse potuit, nisi eius, qui in summa fidentia nonnullam habebat ne reprobaretur hasitationem? Quare Domino seruebat

1. Cor. 10

Phil. 2.

1. Cor. 4.  
Et p.

Psal. 24

feruebat in timore, & exultabat ei eum tremore. *Sic*  
*Rom. 12.* ergo (vt cum Paulo docet Augustinus) gaudiū nostrū,  
*2. Cor. 5.* qui per fidem ambulamus, & videmus per speculum in  
*1. Cor. 13* ænigmate: sit inquam gaudium nostrum in spe, quæ si  
*2. Cor. 5.* videtur; & tam certa est, quàm isti dicūt, nihil quæ habet  
*Roma. 8.* ambigui: non est spes. Nam quod uidet quis, quid sperat: illam verò tam optatam a sanctis uiris, & expeditā securitatem, quam nobis; si ad eorum castra confugiamus, hæretici pollicentur: cum in ea vita beata posita sit, per patientiam: expectemus quoad ueniat, quod perfectum est, & euacuetur quod ex parte est, & ambulamus non per fidem, sed per speciem; videamusque facie ad facie, atque ita cognoscamus sicut & cogniti sumus. Quare quæ hoc loco ad Galatas scripsit Paulus, & omnia ad eandem per scripta sententiam, tanquam ad ecclesiam spectantia, firma fide credenda sunt, quæ eadē singuli ad se non nisi in spe, & fiducia trepidantes trāsse ferre sine magna stultitia, & temeritate non possunt. Quid uerò istis in mentem uenerit, qui ad argumenti huius confirmandam conclusionem Augustini auctoritate abutitur, dicēris unumquemque fidē suā uidere: satis diuinare nō possit. An propterea, quia dogma istud quod tuentur, ad fidem pertinet? At hoc illud est, de quo ipsis cum ecclesia catholica quæ id constanter negat, est concertatio. An quia omni fide carcat, qui non certō cōstituit se cum Deo esse in gratia? At ea de re nihil ex loco exquirat Augustinus, illud tantum explicat, quomodo una sit fides omnium credentium; atque ad ipsum his uerbis. Ex una sanē doctrina impressam fidem credentium cordibus singulorum, qui hoc idem credūt uerissimē dicitur; sed aliud sunt ea quæ creduntur, & aliud fides, qua creduntur. Illa quippe in rebus sunt, quæ uel esse, uel fuisse, uel futura esse dicuntur. Hæc autem in animo credentis est: citantummodo conspicua, cuius est: quamuis sit, & in aliis non ipsa, sed similis. Non enim numero est una, sed genere, propter simili-

similitudinem tamen, & nullam diuersitatem magis unā dicimus esse, quàm multas. Denique nihil omnino uerendum est, peccata non esse, quæ a piis hominibus inter spem, & metum in hac uita tanquam in statione collocatis, siue cogitantur, siue fiunt. Nam Pauli axioma illud: Omne, quod non est ex fide, peccatum est: quo tanquam gladio quodam delphico ad omnia ferē sua decreta formanda, & stabilienda utuntur hæretici, nihil omnino facere ad rem apparet, cum Pauli eo loco oratio de illis tantum actionibus sit, in quarum natura hæret animus, ac non satis constituit placeant an displiceant Deo; quemadmodum erat carnibus uesci lege uetitatis post susceptam Iesu Christi liberatoris purā Euan gelii religionem. Ea igitur, quæ cum dubio utrum peccata necne sint, à nobis proficiscuntur, sunt sine dubio peccata, ideoque deuitanda: quæ enim sua sponte peccata non sunt, in iis peccare si dubites, ipsa dubitatione peccata fiunt: quod Deum quem ea re offendi suspicabare, nihilominus agens, neglexisse uidearis. Quæ uerò sunt eiusmodi, ut piacere Deo liqueat, ea si ab homine hæsitante an cum Deo sit in gratia; sed bona tamē spe, & stabili fiducia se erigente fiant, sub Pauli axioma nequaquam cadunt. Propterea sanctus ille, patientissimusque uir dicebat: Verebar omnia opera mea, sciens, quod non parceres delinquenti.

## Q V A E S T I O LVI.

*De legis à gratia seiunctæ, & cum ea coniunctæ differentia.*

## L O C V S LVI.

*Quomodo conuertimini ad infirma, & egena elementa quibus denuo seruire uultis?*

## A R G V M E N T . H A E R E T I C O R V M .

DOCEANT, obsecro, aduersarii nostri, qui in lege iustitiam quærunt, quid ab ea subsidij, quid adiuuenti expectandum sit. quam planè, ac perspicuè hoc loco constat infirmum quoddam, & egens esse elementum. Stupide certè, & obtusa ingenia æquè ac pecorum, nō sentiunt adhuc, nullam donandæ, uel afferendæ iustitiæ vim esse in lege. quin etiam reddi ab illa homines egētiores, atque imbecilliores. qui de adipiscenda iustitia consulti, legem docent, idem nobis facere videntur, ac si medicus quispiam gregarius ægroto opis aliquid, atque auxiliū ad sanitatem poscenti curationem adhiberet, quæ cum morbum augeret, tum in grauius aliquod, ac periculosius malum induceret; tum denique excruciatum necaret. Per legis enim præcepta atque instituta peccati morbo adhibita tanquam salutaria remedia, factum est excellenter, & egregiè scelestum peccatum, quod etiam ex ipso legis mandato occasionem accepit decipiendi hominis, atque etiam occidendi. Desinamus igitur egentissimum istud, atque infirmissimum medicamentum animorum morbo difficillimo parare, & tanquam de narthecio promere; neque malos, & indoctos medicos imitemur, qui & ludunt de alieno cōrio, & medicina non ad hominum salutem; sed ad necem abutuntur.

## R E F U T A T I O .

NVLLA vnquam verior excogitari potuit argumenti cōclusio: nulla appositor similitudo; nullū acrius telum, & magis aculeatum: verum manu Pauli aduersus illos immisissum, qui rudium, & imperitorum medicorū more, peccati morbo, legis remediis, quæ nulla sunt, subueniri posse prædicabant. Quos cum sæpè aliās, tum maximè hoc loco perstringit, legem affirmans infirmū esse,

esse, atque indigens elementum. At uerò istorum manu, qui nobis bellum faciunt contortum tam leue est, & obtusum, ut à nobis iure optimo rideatur. Paulus quidem hac sententia; atque aliis generis eiusdem aerem non verberabat; sed falsos quosdam Apostolos doctrinæ suæ apertos obrefratos, & aduersarios redarguebat. Isti uerò, qui contra nos infirma hæc, & nugatoria sophismata toties, & tam multis uerbis inculcant, aerè planè mihi uerberare uidentur, hoc est sine aduersario luctari. Quis enim nostrorum hominum (nostros autè eos appello, qui puræ & catholicæ ueritatis simplices, & aperti cultores, aut nunc sunt, aut ullo unquam tempore fuerunt) legis remediis animæ morbo medendū esse docuit: aut (ut dicam apertius) iustitiam lege præstari asseuerauit? nemo certè id quod pudet sanctorū patrū toties repetitis sententiis ostendere; sed instant, urgēt, premunt molesti, & in portum ueritatis hostes eadem frequenter, usque ad nauis molestiam temerè effluentes. Diximus ex Augustini sententia, legem nudis humanæ naturæ uiribus, ac nullo diuinæ gratiæ præsidio munitis impositam, uim quidè esse peccati, ut Paulus inquit. Addimus ad hæc, Paulo eodem auctore, atque Augustino interprete, eandem, si nudam spectaueris, præuariatores efficere, & iram operari, non ueniam: denique litteram esse occidentem, & infirmum, atque egens elementum: quod cum ad conferendam iustitiā, nihil in se roboris habeat, nihil uirtutis, diuinæ gratiæ adminiculis semper indigeat. At uerò cum eius gratiæ medicamento, quæ ex fide in Iesum Christum prouenit, à peccati morbo anima sanata fuerit, & ab iniustitia liberata per iustitiam non suam, quæ ex lege est, & littera occidente; sed Dei, quæ ex Deo profluit, eiusque sancto, ac uerè uitali spiritu: tum quidem legem, quam horrebat, amare primum incipit, ad eum deinde præcepta uitam & mores instituit, & per eam denique, quam legis mandatis præstat obedientiam in sanitate proficit,

Quæst. 53

1. Cor. 15

De gratia, &amp; li

bero arb.

cap. 4.

Rom. 4.

De gratia, &amp; li

bero arb.

cap. 18.

2. Cor. 3.

Augu. de

gratia et

lib. arbi.

cap. 18.]

Phil. 4.

cit,



De gratia, & li-  
bero arb.  
cap. 13.  
Vbi sup.  
cap. 14.  
Can. 10.  
Vbi sup.  
cap. 1.

cit, & iustitia. Dicā hoc loco, quod nonnulli quasi quidā incredibile putabant. Ad Pelagianos isti, cōtra quos nunc disputamus, defecisse vident: quorū inter ceteras illa fuit (Augustino teste) absurda & hæretica sentētia: Gratiā, quæ per fidem Iesu Christi data est, ad hoc tantum valere, vt peccata præterita dimittantur. Contra quos catholica cū Augustino decreuit ecclesia, id quod Cælestini Pont. max. grauisima & summa auctoritate probatū est, gratiā, quæ per Iesum Christū Dominum nostrum datur, neque scientiā esse diuinæ legis, neque naturam, neque solam remissionem peccatorum: sed cā qua fit, vt lex impleatur, natura liberetur, peccatum nō dominetur; qua itē vocatur ad Deum, à nostris malis meritis liberamur, ac bona merita comparamus, quibus ad vitā perueniamus æternam. Nec mirum videri debet, si in Pelagianam hæresim, quam maximè & odisse, & insectari videri volunt, isti delapsi sint. Quicumque enim semel à catholicæ ueritatis semita deflexerit, hūc in errores innumeros, atque in eos præsertim quos exagitare omnium maximè proficitur; horribili mentis cæcitate, atque animi furore ruerē necesse est.

## QV AESTIO LVII.

De legis abrogatione, & filiorum Dei uera libertate.

## L O C V S LVII.

Nos fratres secundum Isaac promissionis filii sumus.

## A R G V M E N . H A E R E T I C O R V M .

SARA libera mater Isaac liberos gignit. Quod et  
go ad

go ad credentes attinet, omnis est abrogata lex, & antiquata. Neque enim credentes sunt ancillæ filii, sed liberi: neque serui, sed filii; neque spiritum acceperant seruitutis; sed adoptionis, in quo clamant Abba pater. Quamobrem non vt Ismael secundum carnem tantum nati sunt: sed perinde, atque Isaac secundum promissionem, quam Abraham seruare voluit secus, ad quem imprimis spectat facere, quæ dicit. Dixerat autem Abraham: Patrem multarum gentium constituui te. Quod qui dem oraculum diuino spiritu expendens Apostolus, ad credentes retulit, dicens: Ideo ex fide; vt secundū gratiam firma sit promissio omni semini, non ei, quod ex lege est solum; sed & ei, quod ex fide est Abraham: qui pater est omnium nostrum, sicut scriptum est: Quia patrem multarum gentium posui te. Quæ igitur audacia, quæ est impudentia credentibus, liberis, iustis à Christo Iesu liberatis, denuo legis iugum imponere, eosq; in durissimam seruitutem tradere?

## R E F V T A T I O .

ABROGATA quidem lex est, quod ad credentes attinet, & iustos: ita vt Paulus dixerit, illos mortuos esse legi per corpus Christi. Sed habet hæc sententia multas cautiones. Prima est, ne ita accipiatur, quasi iusti, qui Dei, & Domini nostri Iesu Christi gratia liberati sunt, licet diuinam legem aut negligere, aut perfringere, quæ ab illis vnus religiosè, piè, & castè colitur, atque obseruatur; verum quia non sub lege, sed sub gratia esse dicuntur. Nam sub lege sunt (vt Augustinus, cuius in exponendis Pauli locis obscurioribus, admirabilis quidā fuit, & incredibilis, ac planè diuinus sensus, docet) illi quos reos lex facit iubendo, nō adiuuando. Gratia verò adiuuat, vt legis quisque sit factor, sine qua sub lege positus tantummodo erit legis auditor. Talibus itaque dicit: Qui in lege iustificamini

Gala. 4.  
Rom. 8.

Gen. 17.

Roma. 7.

Roma. 6  
De gratia, & li-  
bero arb.  
cap. 18.

*Gal. 5.* mini, à gratia excidistis. Altera uerò cautio est, ut intelligantur iusti ita sub lege non esse, sed sub gratia, vt tamen in lege Christi maximopere sint, quæ non est littera occidens; sed spiritus uiuificans: non est atramento descripta; sed spiritu Dei uiui, non tabulis inscripta lapideis, sed tabulis cordis carnalibus. De quo Dauid: Os iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium. Lex Dei eius in corde ipsius, non supplantabitur gressus eius. Tertia denique illa sit cautio, vt iustos homines existimemus à lege solutos, & liberatos: quia ex legis comminationibus & multis nihil illis timoris incutitur, cum sua sponte, & voluntate, nullo terrore, aut formidine legis mandatis obtempèrent. Non enim accesserunt (vt Paulus inquit) ad tractabilem montem, & accessibilem ignem, & turbinem, & caliginem, & procellam, & tubæ sonum, & uocem verborum: quam qui audierunt, excusauerunt se, ne eis fieret verbum. Non enim portabant, quod dicebatur: sed accesserunt ad Sion montem, & ciuitatem Dei uiuentis Hierusalem cælestem, & multorum millium Angelorum frequentiam, & ecclesiam primitiuorum, qui conscripti sunt in cælis, & iudicem omnium Deum, & spiritum iustorum prefectorum, & testamenti noui mediatorem Iesum, & sanguinis asperzionem melius loquentem, quam Abel. Quare in solerte illa beati viri descriptione cum cæteris eius laudibus illa est maxima: In lege Domini volūtas eius, & in lege eius meditabitur die, ac nocte. Hæc igitur est fratres filiorum Saræ, & promissionis, qui secundum Isaac geniti sunt, uera libertas, non dissoluta ista, & intoleranda licentia, quam miseris his temporibus hæreticorum hominum furor, ac petulantia peperit, quibus reddet Dominus secundum operarum.

*Hebr. 12*

*Psal. 1*

*De vexatione, qua ecclesia ab hæreticis uexatur, & qua ipsa uexat hæreticos.*

## L O C V S L V I I I.

*Quomodo tunc is, qui secundum carnem natus fuerat, persequebatur eum, qui secundum spiritum: ita & nunc.*

## A R G V M E N. H A E R E T I C O R V M.

Q V I D est quæso, quod Apostolus inquit, ita & nunc: si hoc non est? quia semper quicumque Christum pura fide amplectuntur, & prædicant, tanquam veram, & propriam credentium omnium iustitiam, ac spiritum sanctum facta carnis mortificantem hauriunt; hi enim secundum spiritum cum Isaac verè nati dicuntur ab Ismaelitis hominibus secundum carnem tantum natis, hoc est, à sincera fide, & diuino spiritu nudis, & uacuis affliguntur, ac modis omnibus diuexantur. Hoc nobis visu hodie euenit; idem nos hoc tempore patimur, qui sanctam hanc & salutarem doctrinam amplectimur, & prædicamus. quibus enim conuitiis non iactamur? quibus probis non vexamur? quibus locis non extrudimur? quibus plagis non cædimur? qua morte non afficimur? Dicimur cum Christo seditiosi, cum Paulo, & Sila turbulentis, concitatores plebis, perturbatores orbis. Quæ quidem omnia veritatis, quæ nunquam non oppugnatur, argumenta sunt certissima, iudiciaq; clarissima, quam nos prædicamus, atque defendimus, ipsi autem odio habent, & uehementer oppugnant.

Act. 17.

24.

## REFUTATIO.

NON ob eam, quam vos fingitis, causam sanctissima fidelium parens, & educatrix ecclesia vos non (ut dicitis) affligit, aut inimicè infectatur, quòd veritatem amētis, defendētis, prædicētis: sed pio quodam, ac salubri quasi flagello, tanquam errantes oves ad gregem, & ad pastorem ouilia reuocare suis omnibus viribus nititur, & studet. Cum enim id quod de vestra sanitate vehementer optabat, nulla sibi alia successisse via videret, omnes experta, filiorum suorum satagens, vim denique more maiorum adhibendam esse censuit, ut vos à turpi vestro consilio, & ab erroris vestri pernicie, ne dicam furore retraheret; atque hoc non (ut vos impudenter fingitis) quòd Christi iustitia, & almi spiritus sanctitate iustos nos, ac sanctos effici prædicētis. Hæc enim ab Apostolis prædicata, literisque mandata, à patribus accepta, & declarata, ac quasi per manus tradita, purè, ac sanctè nos quoque custodimus. Verum, quia veritatem hanc tot erroribus, tot mendaciis, tot vanitatibus, tot hæresibus contaminatam deturpastis, ut nò tam commutandæ quàm euertendæ religionis cupidus vos esse ostenderitis: id quod genti primò vestræ, deinde quibusdam nimis credulis aliarum etiam nationum hominibus, quibus focum, ut dicitur, fecistis, intorserandam licentiam diuinarum, humanarumq; legum neglectam, calamitatem denique peperit perpetuam. Sed ut nò coniecturæ; verum oculis, ac manibus teneamus, quàm falsum illud sit, in quo multi estis, & vsque ad summam impudentiam inepti, veritatis scilicet gratia vos vexari, cuius vos vnos defensores, & propugnatores facitis: dicite quæso an nò prius à vobis multis nos vexati contumeliis, multis iactati sumus iniuriis? Quid aliud famosi vestri libelli, quibus omnia referistis, continent, nisi Pontificum, Cæsarum, Regum, Episcoporum, Principum,

Principum, monachorum, omnium denique catholicorum ordinum iniustas vexationes, calumniarumq; plenas accusationes, & tam infames, quàm falsas contumelias? An vos noui non fuistis Germaniæ totius circumcelliones, plagis, rapinis, caedibus, incendiis omnia vastantes? cœnobias, sacerdotia, prædia, villas, domos, bona omnia catholicorum hominum, quorum nemo vlla vos iniuria lacesuerat, diripientes, & occupantes? quorum incredibili audaciæ, & temeritati cū alia mitiore ratione obuiâ ire non potuisset Carolus quintus Imperator, & potentissimus, & religiosissimus, qui longè plurimum omnium Germanorū Imperatorum, & virtute bellica, & opibus valet, maximo ac fortissimo cōparato exercitu bellum vobis, & ipsi patriæ propter religionem indixit, & intulit: ipsum illud quidè, & maxime necessarium, ut exitus belli propè diuinus, què vidistis, facile ostendit. Deuicit enim bellicosissimam, & omnibus nationibus formidolosissimam Germaniâ, nò hostiū exercitu arte aliqua extra suos fines allecto, & extracto, sed in ipsius Germaniæ medio, atq; visceribus. Duces verò nò tã excelsus, quàm sceleratè impietatis in suâ potestate re bene gesta redegit. Idq; anni tpe durissimo, summaq; hieme, cū iure gentiū oia bella conquiescūt. Quod quidè bellū non tã à Cæsare, quàm ab ipso Deo rerū omniū auctore, & moderatore aduersus vos fuisse susceptū, & administratū; & perpetua hibernorū mensium moderatio, & summa cæli alieno tēpore serenitas aperte demonstrarunt. Sed ut ad argumentū reuertamur: qualis ea sit vexatio, quã vos primi in nos cōcistis: qualis itè ea, qua Pō. max. Cæsar, catholiciq; reges, ne Christianæ religioni nocere pergatis, vestras propulsât, & vliscūtur iniurias: quidq; iter utrâq; interfit, cognoscite: cognoscite inquam nò meis, sed Augustini hoi. cæteriq; mitissimi ac lenissimi verbis his, quæ sequuntur: Si boni, & sancti nemini faciūt persecutionē: sed tãtūmodo patiūtur, cuius est in Ps. vox illa, Persequar in

Epist. 50

Epist. 48

micos meos, & comprehendam eos, & non conuertar, donec deficiant. Si ergo verum dicere, vel cognoscere volumus, est persecutio iniusta, quam faciunt impij ecclesie Christi, & est iusta persecutio, quã faciunt impijs ecclesie Christi ista itaq; beata est, quæ persecutione patitur pp iustitiã. Illi verò miseri, qui persecutione patiuntur pp iustitiam. Proinde ista profequitur diligẽdo: illi se nẽdo ista, vt corrigat: illi vt euertat: ista vt reuocet ab errore: illi, vt precipitet in errore: deniq; ista persequitur inimicos, & cõprehendit donec deficiant in vanitate, & in veritate proficiant. Illi aut̃ retribuẽtes mala pro bonis, quia eis cõsulimus ad eternã salutẽ, etiam temporalem nobis conantur auferre. Hæc Augustinus, qui, quod ad hũc quoq; atinet locum, quẽ ex apostolo Paulo ad vestra causã cõmodũ torquetis, alio loco sic inquit: Dux mulieris Sara, & Agar, & duo filij earum Isaac, & Ismael, pro spũalibus, & carnalibus figurantur. Et cũ legamus ancillã, & filiũ eius à Sara passos graues molestias: Paulus tñ Apostolus dicit, q̃ ab Ismaele persecutione sit passus Isaac. Sed sicut tũc (inquit) ille, q̃ erat fm carnẽ persequebat̃ eum, qui erat fm spiritum, ita & nũc, vt qui possũt intelligãt, magis ecclesiã catholicã persecutione pati superbis, & impierate carnaliũ, quos temporalibus emẽdare conatur. Quidquid ergo facit vera, & legitima mater, et̃ si asperũ, amarũq; sentiat, nõ malum pro malo reddit, sed bonum disciplinae explendo malum iniquitatis, apponit, non odio nocendi, sed dilectione sanandi. Ad hæc quoque confirmandã sententiã varia colligit ex sacris literis exempla, quæ toridẽ verbis recitare liceat. Inquit, cũ boni, & mali eadem faciũt, ea semque patiuntur non factis, & pœnis, sed causis vtrique discernendũ sunt. Farao populum Dei duris laboribus atterebat. Moyses eundem populum impie agentẽ duris coercionibus affligebat. Similia fecerunt, sed non similiter prodesse voluerunt. Ille dominatione inflatus, iuste zelo inflammatus. Izabel occidit Prophe-

tas.

tas. Helias occidit Pseudopphetas. Puto, quod diuersa sint merita facientium, & diuersa passorum. Aspice etiam tempora noui testamenti, quando iam ipsa mansuetudo charitatis non solum in corde erat seruanda, verũ etiam in luce monstranda, quãdo Petri gladius in vaginam reuocatur à Christo, & ostẽditur non debuisset de vagina eximi neque pro Christo. Legimus tamẽ, non modò, quod cæciderunt Iudei Paulum Apostolum, verũ etiam quod cæciderunt & Græci pro Paulo Apostolo Sosthenem Iudæum. Nonne similitudo facti, quã si vtroque coniungit, & tamen eos causã dissimilitudo discernit? Tres cruces in loco vno erant. In vna latro liberandus, in alia latro damnandus: in media Christus alterum liberaturus, alterum damnaturus. Quid similius istis crucibus? quid dissimilius istis pendentibus? Traditus est Paulus includẽdus, & colligẽdus, sed quolibet custode carceris peior est vtrique sathanas, cui tamen ipse Paulus tradidit hominem in interitũ carnis, vt spiritus saluus sit in die Domini Iesu. Item cũ ait idem Apostolus tradidisse se quosdam sathanæ, vt discerent non blasphemare, malum pro malo reddidit, an potius etiam per malum emendare bonum opus esse iudicauit: si semper esset laudabile persecutionem pati, sufficeret Domino dicere: Beati, qui persecutionem patiuntur, nec adderet, propter iustitiam. Item si semper esset culpabile persecutionem facere, non scriptum esset in sanctis libris: Detrahentẽ proximo suo, hunc persequebar semper, & mali persecuti sunt bonos, & boni persecuti sunt malos, illi nocendo per iniustitiã, illi consulendo per disciplinam, illi seruientes cupiditati: illi charitati. Nam qui trucidat, non considerat quemadmodũ laniet: qui autem curat, considerat, quemadmodũ fecit. Ille enim persequitur sanitatẽ: ille putredinẽ. Sed ne defatigemur, obsecro, Augustinum iterum hac de re audire differentem, cuius seculo eadem erant hereticorum voces, & querimonie. Vexamur à regibus, vexamur à

R 4 princi-

principibus: cum ne animas ipsi vel suas, vel aliorum dederent, ac perderent, exiliis, vinculis, carceribus, sæpe etiam supremo supplicio à catholicis regibus, & principibus castigarentur. Et factum est (Augustinus ait) cum luderet Ismael, & Isaac vidit eos ludentes: Quis persecutus est quem persecutus est? Ludentes eos vidit Sara, & ait, ejice ancillam, & filium eius. Quare? quia vidit eos ludentes; sed lusum illum Paulus persecutionem vocat, quia lusio illa, illusio erat: si illusio, seductio, & deceptio. Omnis lusio puerorum simulachrum est negotii maioris, & quando maior ludit cum minore, quasi vult seducatur, sciens se habere negocia alia, quæ intendit, & simulat quædam puero, id est, infirmo, ludens cum illo. Maior erat Ismael, & roboratus in malitia; sed ludens cum puero Isaac seducebat Isaac, & quasdam fraudes ludi cum infirmo faciebat. Animaduertit mater lusum illum esse persecutionem. Si intelligit mater lusum illum, intelligit ecclesia lusum illum. Sara dixit: Ejice ancillam & filium eius: non enim hæres erit filius ancillæ cum filio meo Isaac. Et ecclesia dicit: Ejice hæreticos, & filios eorum: non enim hæredes erunt hæretici cum catholicis. Sed quare non erant hæredes? Nonne de femine Abrahamæ nati? Et quomodo baptismum ecclesiæ habent? baptismum habent. Hæredem faceret semen Abrahamæ, nisi ab hereditate superbia excluderet. Eodem verbo nasceris, eodem sacramento, sed ad eandem hereditatem non peruenis, nisi ad ecclesiam catholicam reuersus fueris. Ex femine Abrahamæ nasceris, sed filius ancillæ foris es propter superbiam. Cernitis ne iam, & intelligitis, qualis fuerit vexatio, qua vos tot annos in sanctam catholicam ecclesiam insultastis, quantumque ab ea dissideat pia nostra correctio, qua vel emendare vos, vel furori vestro resistere conamur, ne malorum contagiones, quæ à vobis profisciscuntur, latius manent; quæ admodum, & in corpore nostro siquid est eiusmodi, quod reliquo corpori noceat, vri patimur, & fecari.

Q V A E-

*De iugo duplici seruitutis & amoris.*

Ex c. 5.

L O C V S L I X.

*Nolite iterum iugo seruitutis contineri.*

A R G V M E N . H A E R E T I C O R V M .

**N I H I L** est Christiano homini, & libertati Christianæ tam aduersum, tam oppositum, quàm sub iugo contineri, à quo nos Christus (vt Paulus hoc loco dicit) liberauit. Iugum ferant, suumque munus ac pensum sub iugo persoluant boues aratores, quorum ceruices ad iugum natae dicuntur. Romani turpe & indignum existimabant, legiones suas sub iugum mitti: quorum libertas inanis, breuis, & terrestris erat. Christiani homines quid faciunt, quorum animos omni iugo soluto in caelestem, sempiternam, veram, solidamque libertatem Christus vindicauit, vt ii nullo pondere grauati caelum non terras intuerentur, & vt leues, atque expediti propositum sibi certamen currerent, in vnum aspicientes auctorem fidei, & consummatorem lesum? An Stephanus capitis accusatus, quod contra legem loqueretur cum causam pro se diceret, iugo aliquo premebatur? Minime omnium: quinimò libera, & erecta ceruice in altum suscipiens patentes, & apertos vidit celos, ac Iesum stantem à dextris Dei. Nil est à Christianæ vitæ professione tam alienum, & abhorrens, quàm nomē ipsum seruitutis, quando nos omni abiecto seruitutis metu sanguinis sui pretio Dei filius in verisimam asseruit libertatem. Nam & Paulus solerti hac, & breui descriptione, qua legem iugum seruitutis appellat, facile declarat, quàm lex cum omnibus operibus suis à Christiana iustitia longè distet, atque disiuncta sit, quamque cum iustitia

Heb. 2.  
Act. 2.3

istitia non modò non cohereret; sed tanquam cum suo contrario pugnet; & quasi bellum gerat: Iustitiæ namque proprium munus est, libertatem dare, atque omnè amouere iugum, & oneris suspensionem.

## REFUTATIO.

**N**IHIL est profectò Christianæ professioni ac libertati quod infensus aduersetur, quàm iugum: iugum inquam illud durum, & asperum, addè etiam ferreum, si libet: de quo Paulus hoc loco agit, quod Deus populo duræ cervicis, cordibus, & auribus incircumciso imposuit. Neque enim erant tractandi mollius: qui tanta animorum sermonis, & morum erant insolentia, atque duritia, tanta feritate, vt vix homines viderentur. Sed nihil rursus cum hac ipsa Christiana professione, ac libertate est adeo coniunctum, vt iugum illud quo Christus benignè inuitat, & præmiis allicit suos: Tollite, inquit, iugum meum super vos, & discite à me, quia mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris. Hic mihi vide, quàm inepti, & impudentes ii sint, qui in tanta caligine, tenebrisque versantur, vt omnia miscentes, inter alba, & atra diiudicare non possint. Est enim iugum illud, quod detrectare iuber Paulus, timoris: quod autem nos cum libertate coniungimus, amoris. illud seruitutis; hoc libertatis. illud litteræ occidentis; hoc spiritus vitæ suppeditantis. illud durum, & intolerabile: hoc suauè, & leuè. Et præclarè Chryso-stomus, summoque iudicio hanc Pauli sententiam expendens: Etenim (inquit) cum legis iugum detraxisset: ne subsilirent, aliud illis imponit iugum, nimirum charitatis, illo quidem validius, sed multò leuius, ac iocundius. Vt verò de iugo dictum est; ita de seruitute dicendum. Duplicem enim Paulus docet esse seruitutem: quarum alteram cum lege, cum iustitia alteram connectit. Quid ergo (inquit) peccabimus, quoniam non su-

mus

mus sub lege; sed sub gratia? Absit. An nescitis, quoniàm cui exhibetis vos seruos ad obediendum, serui estis eius, cui obeditis, siue peccati ad mortem, siue obedi tionis ad iustitiam? Gratia autem Deo, quòd fuistis serui peccati; obedistis autem ex corde, in eam formam doctrinæ, in quam traducti estis: liberati autem à peccato serui facti estis iustitiæ. Et in hac ad Galatas epistola cum dixisset; Vos in libertatem vocati estis fratres: statim addidit; Tantum ne libertatem in occasionem detis carnis: sed per charitatem seruite inuicem. Quos quidem locos, & alios præterea multos ex eodem Apostolo sæpè, & vberimè tractauit Augustinus nunquam ab hac sententia discedens in sermonibus, quos habuit de Euangelio Ioannis: Sicut duo sunt timores (inquit) qui faciunt duo genera timentium: Sic duæ sunt seruitutes, quæ faciunt duo genera seruiuentium. Est timer, quem perfecta charitas foras mittit; & est alius timor castus, permanens in sæculum sæculi. Illum timorem, qui non est in charitate, attendebat Apostolus cum dicebat: Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore. Illum autem timorem castum attendebat cum dicebat: Noli altum sapere; sed time. In illo timore, què foras mittit charitas, est etiam seruitus simul foras cum ipso timore mittenda. Vtrunque enim iunxit Apostolus, hoc est, seruitutem, & timorem, dicendo: Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore. Ad hanc seruitutem seruum pertinentem intuebatur Dominus, dicens: Iam non dicam vos seruos; quia seruus nescit, quid faciat Dominus eius. Non utique ille seruus pertinet ad timorem castum, cui dicitur: Euge serue bone, intra in gaudium Domini tui. Sed ille seruus pertinet ad timorem foras à charitate mittendum, de quo alibi dicit: Seruus non manet in domo in æternum: filius autem manet in æternum. & alio loco: Seruite (inquit) Domino in iocunditate. Libera seruitus est apud Dominum: libera seruitus, vbi non necessitas, sed cha-

ritas

Gal. 5.

Tr. 85.

1. Ioã. 4.

Psal. 18.

Rom. 8.

Rom. 11

Mat. 25

Ioan. 8.

In Psal.

99.

Mat. 11

Chrys. in  
Epistola  
ad Gal.

Rom. 6.

- Gal. 5.* ritas seruit. Vos (inquit) in libertatem vocati estis fratres tantum, ne libertatem in occasione carnis detis: sed per charitatem spiritus seruite inuicem. Seruum te charitas faciat, quia liberum te veritas fecit. Si manseritis (inquit) in verbo meo, verè discipuli mei estis, & cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos. De illo verò prophetæ, & regis carmine: O Domine ego seruus tuus: ego seruus tuus, & filius ancillæ tuæ, quo ad Deū magna voce; nunc clamare videtur: quid dicat
- Ioan. 8.*
- In Psal. 115.*
- Gal. 4. 5* Augustinus, quæso diligenter attendite. Filius est (inquit) iste Ierusalem cælestis, quæ sursum est, mater omnium nostram libera; & libera quidem à peccato, sed ancilla iustitiæ: cuius filius adhuc peregrinus dicitur: Vos in libertatem vocati estis; sed rursus eos seruos facit, dicens:
- Rom. 6.* Sed in charitate seruite inuicem. Quibus item dicitur: Cum serui eratis peccato, liberi eratis à iustitia; nunc verò liberati à peccato, facti autem serui Dei, habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem verò vitam æternam. Dicat ergo Deo seruus iste: Multi se martyres dicunt, multi seruos tuos, quia nomen tuum habent in variis hæresibus & erroribus. Sed quia præter ecclesiam tuam sunt, non sunt filii ancillæ tuæ. Ego autem seruus tuus, & filius ancillæ tuæ. Nos igitur, & maiorum omnium nostrorum exemplo, atque auctoritate in comparanda iustitia, operum cum fide cōiunctione & quandam quasi societatem defendentes nullum omnino respectum habuimus, aut habituri sumus ad eam legem, quæ in tabulis olim scripta lapideis iugum seruitutis iure, meritoque appellatur a Paulo: sed ad legem spiritus, quæ in tabulis cordis carnalibus consignata iugum est suauis, ac leue. quod (vt Augustinus ait) occulte humanis cordibus diuina largitate imponitur, & à nullo duro corde respuitur. Ideo quippe tribuitur, vt cordis duritia primitus auferatur. Quod si, vt eo tempore accidit, quo Dauid illud cecinit: Astiterunt reges terræ & principes cōuenerunt in vnum aduersus Dominum, & aduersus Christum

Christum eius: ita scelerata nunc, & nefaria hæreticorum manus: Dirumpamus (ait) vincula eorum, & proiciamus à nobis iugum ipsorum: id ne se impij impunè laturos putent: sciant, quod qui habitat in cælis, irridet eos, & Dominus subsannabit eos.

## Q V A E S T I O LX.

*De differentia circuncisionis ab operibus Christianis: Itemque de perfecta Euāgelij prædicatione.*

## L O C V S LX.

*Si circuncidamini, Christus vobis nihil proderit.*

## A R G V M E N. H A E R E T I C O R V M.

H A C vna sententia tanquam gladio omnes eos cōficit, & iugulat Paulus, qui iustitiam, aut salutem ab alia re, quàm ab vno de Christo Iesu Euāgelio petunt. Nulli enim in re, quæcunque ea sit, nullo in cultu, nullo in opere ineffe potest salus, quæ in vna, & solitaria & simplici in Christum Iesum posita est fide. Quare audacter, ac liberè dicendum aduersus istiusmodi homines: Si iustitiæ, & salutis gratia hunc vel illum cultum obserueris, hoc vel illud opus amplexemini, nihil vobis proderit Christus. Nam vt ii, qui circuncidebantur; omnem sibi ipsi iustitiæ, & salutis per Christum adipiscendæ, spem radicitus præcidebāt, nihil sibi cum Christo commune relinquentes: quibus Apostolus hic dixit κατηργήθη τὸ τὸ θεῖον, οἱ τινὲς ἐν νόμῳ δικαιοσύνης: ita qui spem vel exiguam salutis, aut iustitiæ in vlla re, non in Christum fide ponit, sese planè à Christo disungit, ac separat.

Dvo potissimum sunt in hoc argumento peccata. Primum, quod circumfionē ab operibus iis, quæ Christus ipse suo ore, atque sermone fieri mandauit, neque ab iis, quæ illius iussu ab Apostolis prædicata sunt: neque ab iis, quæ ab incunabilis ecclesiæ vsque ad hæc tempora sanctè, ac religiosè custodita sunt, omnino distinguunt. Magna porro, & incredibilis mentis, aut prauitas, si nolunt, aut stupiditas, si nequeunt diiudicare, quãta sit differentia inter Mosaicæ legis præcepta ab Apostolis postea sublata, & abrogata, & ea, quæ Christus confirmauit, ac iussit esse facienda: quantaque sit distinctio inter signaculum iustitiæ fidei, & opera, quæ iustitiam ipsam fidei, hoc est, charitatem consequuntur, & à iustitia manant, ac fluunt: quanto denique interuallo inter se distent ea, quæ tanquam umbre futurorum gratia fuerunt instituta, ab iis, quæ in ipsa diuinæ gratiæ luce sunt. Quæ, bone Deus, societas est luci cum tenebris: quæ cum tritico palcarum? An ignoramus eos, qui in carne tantum circumcidebantur (de hac enim circumfione hoc loco agit Apostolus) noctis, atque tenebrarum fuisse: nos uerò filios lucis, & diei esse? An nõ Paulum exaudiuimus, qui cum omnia legis mandata ad vnus charitatis mandatum: tanquam ad totius veræ iustitiæ fontem contraxisset, non de vitiis solùm, & sceleribus: sed de omnibus, quæ ad res futuras designandas, instituta erant: clara tunc voce clamauit: Abiiciamus opera tenebrarum, & induamus arma lucis, sic vt in die honestè ambulemus, non in commensationibus & ebrietatibus: non in cubilibus, & impudiciis: non in contumelia, & æmulatione. sed induimini Dominum Iesum Christum: & carnis curam ne feceritis in desiderijs? Vt autem omnis in hac re tollatur imperitorum error, & omnis istarum vulpecularum fraus caueatur, attentè, quid Augustinus de circumfione doceat, audiamus. Do

minus

minus (inquit) suscepit circumfionem, ablaturus ipsam circumfionem: suscepit vmbra, daturus lucem; suscepit figuram, impleturus veritatem, & circumfio vsque ad Christum indulta est. Abraham autem circumfionem in Christo promissio accepit, vt tamdiu circumfio curreret, quamdiu Christus nasceretur, Abraham promissus: qui omnes gentes iustificaret per fidem, sicut fuerat Abraham iustificatus. Perinde ergo est, quæ sanxit Christus cum circumfione, & reliquis id genus scitis, in lege Moyfi scriptis, comparare, atque cum vmbra lucem, cum simulachro veritatem, cum his quæ ad tempus instituta fuerant, perpetuò manura conferre. Est & alterum in hoc argumento peccatum, & id quidem valde perniciosum, quod sanctum illum, & latè patentem Euangelij campum in exiguum, angustumque concludit. Neque enim Euangelij prædicatio, vnus est fidei prædicatio; sed omnia comprehendit, tam quæ Dominus noster Iesus Christus ipse per se, & oratione & factis docuit esse facienda, quam ea, quæ cum ab Apostolis, atque discipulis toto terrarum orbe mandauit esse prædicanda, tum ab illis clarissimis auctoritatè quæ grauissimis quatuor viris, qui Euangelistæ ab Euangelij, quæ scripserunt, appellantur, voluit esse scribenda. Quæ omnia si quis studiosè, diligenterque perfpiciat; non vnã duntaxat fidem complectuntur, sed & spem, & charitatem, & mandata cum additamento promissionis sempiternæ vitæ, quæ lege non continentur, & opera iusta, & pro Christi nomine forti animo tolerandos labores, atque vexationes, & copiosæ mercedis in celo sepositæ certas promissiones, si certa, & firma fides adhibeatur. Hæc nos ex catholicis & veræ sapientiæ doctoribus hausimus atque didicimus: ex Augustino præsertim, qui de fide agens, & operibus. Hoc est, (inquit) Euangelizare Christum, non tantum dicere, quæ sunt credenda de Christo, sed etiam, quæ obseruanda ei, qui accedit ad compagem corporis Christi, immò

verò

Serm. 13  
de tēpo-  
re.Quæf. 22  
Nota.15  
20  
1  
2

Cap. 9. 1. 2.



verò cuncta dicere, quæ sunt credenda de Christo, nõ solùm cuius sit filius, vnde secundum diuinitatem, vnde secundum carnẽ genitus, quæ perpeßus, & quare: quæ sit virtus resurrectionis eius; quod donum spiritus promiserit, dederitq; fidelibus: sed etiam qualia membra, quibus sit caput, quærat, instituatur, diligat, liberet, atque ad æternam vitam, honoremq; perducatur. Et alio loco narratores originis, factorum, dictorum, passionum Domini nostri Iesu Christi, Euangelistas propriè dici definiuit Augustinus. Itè alio: Cum Christianis (inquit) omnibus custodienda sit humilitas: quandoquidem à Christo, Christiani appellantur: Cuius Euangelium nemo diligenter intuetur, qui non cum doctorem humilitatis inueniat. Sed hæc hæctenus. Satis enim apertè sunt à nobis (vt opinor) indicatæ, atque detectæ, quæ latebant in hoc argumento fallaciæ.

Lib. 2.  
cõr. Fau.  
cap. 2.  
De sanc.  
uirg. ca.

## QVAESTIO LXI.

*De fide Christiana, quæ scilicet per charitatem operatur.*

## LOCVS LXI.

*In Christo Iesu, neque circumcisio aliquid ualet, neque præputium: sed fides, quæ per charitatem operatur.*

## ARGVMENT. HAERETICORVM.

*v. g. 47. aliter.* INEPTÆ Sophistæ ex hoc loco arguunt, dum efficerentur ab vna fide iustitiam manare non posse, nisi sit cum charitate coniuncta. Sed Pauli verba non attendunt. Non enim dixit: Fides, quæ per charitatẽ iustitiam affert, sed fides quæ per charitatẽ operatur. Cur hoc

hoc quæso? Non alia profectò ratione, nisi quia postea quam vna fides corã Deo iustũ hominem reddiderit, tunc per charitatẽ tanquam per instrumentum operatur. Iustus enim ex fide, languidus aut iners esse nõ potest: sed operosus sit, & temper aliquid agens, necesse est. Nihil ergo accipit à charitate fides, sicut neq; ab instrumento artifex. Acutæ aut illius atq; subtilis artis discedi, quã tãtopere iactat, ignaros se penitus esse hoc loco ostendunt. Perinde. n. hoc eorum peccat argumentum, ac si diceret: Homo est anima, & corpus nõ corũ alterum tm, ergo anima sola sine corpore nõ intelligit. Sic vita Christiana in fide posita est, & charitate. A sola ergo fide, nisi fuerit cum charitate coniuncta, iustitia non profluit. Totam igitur integram, atque perfectam Christianam vitam benevitæ, & absolute hoc loco describit Apostolus. Nã fides intra, Charitas extrã Christianorũ hominem facit: id quod cæci isti, ac miseri nostri aduersarii videre non potuerunt.

## REFUTATIO.

FIDEM illam Euangelicam Christianis hominibus salutarem ab ipso in epistolis tam crebro celebratam, & commendatam, atque cum lege comparatã: cui priscorum patrum gesta omnia memorabilia, atque misericordia tribuit, in qua ad iustitiam, & salutem per Iesum Christum adipiscendam omnem vim, & rationem ponit iis verbis, aut definit, aut breuiter quidem certè describit Apostolus, (vt etiam Augustinus docet). Hæc eiusdẽ Augustini testimonio non solùm gratia est sine meritis; sed ne adhuc quidẽ petenti gratuito datur, vt petere, precari, inuocare possit. Quomodo. n. inuocaret in quem non crederet: neq; verò quale vos fingitis nos sophistæ ex hoc loco decerpimus argumentũ: sed more vestro, cum nostra diluere nequeatis, ea nobis scribitis, q̃ tota sũt à vobis cõficta, & cmõtita, à nobis ne cogitata

Hebr. &  
Rom. 11

Epi. 150  
De fide,  
& op. c.  
14.

Rom. 10.

i. Cor. 13

cogitata quidem vnquam. Hoc. n. est nostrum argumētum; exitum uidere nunquā vos hæretici poteritis. In Christo Iesu, neque circumcisio aliquid valet, neq; præputiū: sed fides, quæ per charitatem operatur. Hęc Pauli verba sunt. Ex quibus efficitur, vt fides quæ per charitatē nō operatur, nihil valeat in Christo Iesu, quæ admodum neq; circumcisio, neq; præputiū. Qd̄ si nihil valet, neq; iustitiā igitur affert, neq; salutare quicquā, nuda ista uestra à charitate se iuncta fides. quo in argumētō, dicite quæso, quid est, qd̄ vel ex Pauli doctrina, quæ vobis unis uēdicatis vel ex Dialecticæ cōcludēdi modis, cuius ignaros nos esse vultis, iſfirmare, & tollere ualeatis? cuius cōclusio ad verbum confirmatur à Paulo, cū inquit: Si habuero omnē fidem ita, vt montes trās feram: charitatem autem non habuero, nihil sum. Omnem fidem dixit: sermonem ipse suum de industria dilatans: ne quis illum, ut uos facitis, ad hoc vel illud fidei genus arbitrio suo coarctaret. At vos contra dicitis, Pauli uerba non hæc esse, fides, quæ per charitatem iustitiam tribuit. O miseris, & impudentes homines. Neque rursus hæc sunt: Fides, quæ vna iustum corā Deo hominem facit, deinde per charitatem tanquam per suum instrumentum operatur. Quomodo enim diceret Dei spiritus, qui loquebatur in Paulo, tam impudens, & totum à vobis confictum mēdaciū? Caritas ne sit instrumentum fidei, totum hoc certē nouum, & à vobis confictum est. Est enim in ecclesia non solum inuitatum; uerum etiam ante pestilentem istam hæresim inauditum: si verum illud est, quod summi Philosophi docēt *ἡ ἐντελέχεια χαρις* charitas uerò Christianorum hominum fidem à fide dæmonum distinguit, ac separat. Est igitur charitas *ἐντελέχεια*. Qua de re etiā Augustinus: Fides, inquit, quæ per dilectionem operatur, ista quippe fides est Christianorum, non dæmonum. Nam & dæmones credunt, & cōtremiscunt, sed & nunquid non diligunt? Nam si non crederent, non dicerēt;

Tu

Tu es sanctum Dei, uel tu es filius Dei. Si autem diligere, non dicerent: Quid nobis, & tibi? An si Philosophis non crederis, uobis ipsis non crederis, qui in hoc ipso argumento dicitis, Artificē nihil à suo instrumento recipere? Quis uero est, qui uel ex hoc ipso, quem tractamus Apostoli loco nō uideat, fidem à charitate uim agendi accipere, quæ ipsa per se otiosa alioqui esset, & languida? ut id omitamus, quod Augustinus præfato loco habet: Sola charitas uerē benē operatur. Nullus autem est artifex, qui ab instrumento accipiat, ut agere rectē possit uerū ab arte, quæ magistra est, & dux, ac qd̄dā quasi forma, & regula agendi. Præclare ergo Augustinus, cuius testimonio quamobrem frequentius utar, dicam loco cōmodiore. Homines (inquit) non intelligentes, quod ait Apostolus, Arbitramur iustificari hominem per fidē sine operibus legis, putauerunt cum dicere sufficere homini fidem, etiam si malē uiuat, & bona opera nō habeat. Quod absit, ut sentiret uas electio nis, qui cū dixisset quodā loco: In Christo Iesu, neque circumcisio aliquid ualet, neque præputium: mox addidit, Sed fides, quæ per dilectionem operatur. Ipsa est fides, quæ fideles Dei separat ab immundis dæmonibus. Nam & ipsi (sicut dixit Apostolus Iacobus) credunt, & contremiscunt, sed non benē operantur. Non ergo habent istam fidem, ex qua iustus uiuit: id est, quæ per dilectionem operatur, ut reddat ei Deus uitam æternā secundū opera eius: sed quia & ipsa bona opera ex Deo sunt, à quo nobis, & fides est, & dilectio: propterea idē ipse doctor gentium etiam ipsam uitam æternam gratiam nuncupauit. Nihil hæc dicetis ad nos, qui procul ab illorum sententia sumus, quos Augustinus reprehendit. Nam de charitate, & iustis sanctorum hominū operibus magnificē quidem docemus, & splendidē fidem inertem, & otiosam non facimus; sed operosam, & quæ nunquam cesset. At quando de operibus multa, & charitate dici à uobis existimari uelitis: nullum tamen

De gratia et lib. ar. cap. 7

Roma. 3: 9

Gal. 5.

S 2 illis

illis (id quod solis luce clarius liquet) ad sempiternam felicitatem respectum conceditis, qui in una fide, quam nobis præter actuosam finxistis, salutaria ponitis omnia, iustitiam, salutem, uitam æternam. Reliqua à fide omnia pensis nihil apud vos habent. Declarant tantum, & ostendunt eam, quæ in occulto latet, fidem. Sed quod penè præterieram, prætereundum certè non erat, quod acutissimi isti excogitarunt Dialectici: peccari in hac argumenti conclusione: Homo est anima, & corpus, non eorum tantum. Anima igitur sine corpore sola non intelligit. Aristotelem isti præ sua Dialectica ridebunt: qui cum opinaretur hominem ex anima constare, & corpore, tam negauit rectè dici, animam per se intelligere, cum de hominis cognitione, & intelligentia loquimur, quam texere, vel ædificare, ait enim βέλτιον γὰρ ἴσως μὴ λέγειν τὴν ψυχὴν ἐλαίην ἢ μανθάνειν ἢ διανοεῖσθαι, ἀλλὰ τὸ ἀνθρώπον τῆ ψυχῇ. An uerò nostri isti præclari Philosophi Platonis sententiam arripuerunt affirmantis; Socratis animam disputare, non Socratem: uerum ille definit hominem animam esse, quæ corpore tanquam instrumento utatur, non, quod ex animæ & corporis coniunctione factum est, ut isti in suo argumento assumunt, quod & redarguunt. Igitur fides, quæ per charitatem operatur, quo nullum excellentius est, aut præstabilius Dei donum, Christianum facit hominem, intusque forisque, quem non à dæmonibus modò separat (ut ante explicauimus) uerum etiam ab Ethnicis; qui quanquam omnia, quæ diuina lege præcipiuntur, præstent; non ex fide, quæ per charitatem operatur; sed uel pænæ metu, uel gloriæ auuiditate agunt omnia: ab iis præterea, qui uerboteque Christiani sunt, quorum est fides sine operibus, & mortua: Denique ab hæreticis, qui in una fide omnia ponunt, charitatis uires nesciunt, cuius nomen tantum usurpant; quid uerò ipsa ualeat, ignorant. De qua Augustinus;

Lib. I. de  
anima.

Augustinus; Caritas (inquit) quam fide, ac spe maiorem dixit Apollolus, quanto in quocunque maior est, tantò melior est in quo est. Cum enim queritur, utrum quisque sit homo bonus, non queritur, quid credat, aut speret, sed quid amet. Nam qui rectè amat, procul dubio rectè credit, & sperat; qui uerò non amat, inaniter credit, etiam si sunt uera, quæ credit; inaniter sperat, etiam si ad ueram felicitatem doceantur pertinere, quæ sperat; nisi & hoc credat, ac speret, quod sibi petenti donari possit, ut amet. Hæc de fide Christiana quæ per dilectionem operatur. nulla est enim alia fides, quæ Christiana non & salutaris possit appellari.

Ench.  
cap. 17.

## QV AESTIO LXII.

De scandalo.

## LOCVS LXII.

Ego autem fratres, si circumcisionem adhuc prædico, quid adhuc persecutionem patior? ergo euacuatum est scandalum crucis.

## ARGVMENT. HAERETICORVM.

PERDISCENDVM hinc, scandalo semper fuisse futuramque esse crucis prædicationem. Perdiscendū eandem neque puram esse, neque salubrem, si humanæ rationi ardeat, & nihil habeat offensionis. Hoc nimis illud est, quod Bernardus ait, Vexationes ex usu esse ecclesiæ, proficiunt enim à seculi huius potentibus

I. Cor. I.

ac sapientibus uiris; in quorum odium, & offensionem non alia re magis incutitur, quam sincera, & liquida ueritatis prædicatione, in qua Deus per stulta mundi confundit sapientes, per infirma fortia, per ignobilia contempnibilia, & per ea, quæ non sunt, ea quæ sunt, destruit: ut non gloriatur omnis caro in conspectu eius. Nemini ergo mirum uideri debet, si nostra prædicatione offenduntur, & qui potentes sunt, & qui sapientes appellantur, quibus ut potest pereuntibus uerbum crucis stultitia est. Neque enim prædicamus in sapientia uerbi, ne crux Christi euacuetur, quæ una cum erigitur & extollitur, perditur sapientia sapientium, & prudentia prudentium reprobat, sapiens scriba *σοφιστής* huius seculi perturbatur. Nam cum in sapientia Dei non cognouisset mundus per sapientiam Deum placuit Deo per stultitiæ prædicationis saluos facere credentes. Nemo ergo nostram arguat doctrinam, tanquam falsam, & mendacem, quod ea potentes, doctique homines offendantur, & commoueantur, quo sanè argumento ad illius ueritatem contra hominum calliditatem defendendam, nullum poterat esse firmitus.

## R E F U T A T I O.

Ber. ser.  
66. Can.

**P**ARVM certè uidebitur esse id, quod D. Bernardus de temporum suorum hæreticis querebatur, atque ex postulabat, quod Apostolorum successores se esse iactarent, & Apostolicos nominaret, cum nullum Apostolorum sui signum ostenderent, si cum illis isti conferantur, qui sanctam hodie, & catholicam Christi ecclesiam infestantur, & exagitant: Pares apostolis se faciunt, & aliis quibus etiam rebus superiores, multa sibi assumunt, quæ ex Apostolis nullus uendicare sibi unquam ausus fuisset. Quæcunque de Apostolis narrantur ab aliis, uel ipsi scribere de se ipsis, ad se transferunt; ac si de se scripta fuissent nominati; sed de illorum insolentia, & arrogan-

tia

tia omittamus, & quod ad præsens argumentum pertinet, demus nunc illis, quod Geometrarum more non docent; sed concedi sibi postulant: Puram crucis prædicationem scandalo semper fuisse, & fore. Neque enim Pauli hoc loco sermo tam latè patet, quam isti uolunt: ubi illud tantum declarat, non prædicari à se amplius, neque laudari circumcissionem; quemadmodum falsi illum, & improbi calumniabantur Apostoli, eam unam si prædicare, tolerabile (inquit) nihil profectò loci ex crucis prædicatione Iudeorum offensionem, & stomacho relinqueretur, qui mea crucis prædicatione ea modo parte offenduntur, & indignantur, quæ circumcissionem legitimamque; alia legis cæremonias extinguit, deletque funditus. Nullum igitur ex hoc loco duci potest argumentum ad declarandum: ueram (ut aiunt) & sinceram crucis prædicationem perperuò secum, & apud omnes gentes terre offensionem. Sed simus quæso liberales. Demus, quod docere nulla ratione, nulla grauiore auctoritate possent. An ne hæreticorum doctrina, & prædicationis scandalum ipsa quoque, & multo id quidem affert magis pestiferum, magisque perniciosum? Affert illa quidem (id quod explicare docere possumus, & piorum nunc gratia docerimus) scandalum, quo nullum magis periculosum, & præceptum in Christo, & ecclesia ex ea doctrina, & prædicatione concitari posse definit Augustinus: cuius ratione multi desertores efficiuntur Christi, & ecclesie. Numerate nunc mihi, si potestis, quot homines & illi quidem potentia, doctrina, ingenio præstantissimi ex Arrii primum, & aliorum deinceps hæreticorum doctrina, & prædicatione à Christo defecerint, & ecclesia. Orbis quippe terrarum uniuersus ex Donati perditissima secta offendebatur. Cuius sectatores penes se solos Christi ecclesiam constituebant, despicientes illam, quod de ea diuino canitur uaticinio: Dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam utque ad terminos terræ. Præterea quænam illa sunt scandala, quæ

In Epist.  
102. 11.  
in Psal.  
120.

Psal. 2

necessario enatura Dominus noster Iesus Christus praemonuit, nisi qua primam ex crudeli tyrannorum violentia, deinde ex impia haereticorum fraude infestam ecclesiam reddidit, quibus bonorum iustorumque hominum probatur cum fides, tum charitas; qui nulla tormentorum immanitate, nulla humanae doctrinae suasio ne adduci potuerunt, ut ab ecclesia & ueritate desciscerent. Quare & Paulus dixit: Oportet haereses esse, ut et qui probati sunt, manifesti fiant, & Christus ipse grauisimae poenae denunciatione ab offensionis scelere deterruit. Cum enim dixisset: Necessesse est, ut ueniant scandala: adiecit: Veruntamen uia homini illi, per quem scandalum venit. Haeretici igitur, haeretici in qua sunt, qui aduersus filias matris suae scandalum ponunt: hoc est, qui multis auctores sunt defectionis ab ecclesia, curias & ipsi sacramentorum ratione filii dicuntur; & qui in uia, qua ingredimur, abscondunt scandalum nobis. Na (ut Augustinus praedicat) haeretici in nomine Christi, qui uia est, qua nos ingredimur, abscondere nobis scandalum uolunt; sed falluntur, quod ipsi in hac uia putant se ponere, extra uiam ponunt: quia & ipsi extra uiam sunt. Muscipulam ponere non possunt, ubi ipsi non sunt. Sed dictum est hoc secundum cupiditatem ipsorum, secundum uotum, & opinionem eorum. nam expressit alibi dictum est: Iuxta semitam scandalu posuerunt mihi. Hoc quod dictum est in uia, secundum cupiditatem eorum, & uotum dictum est. Iuxta semitam, secundum ueritatem dictum est. Reuera enim non ponunt in semita, non ponunt in ipsa uia: quia Christus est uia. Non eos Christus finit ponere in uia, ne non sit, qua eamus: finit ponere iuxta uiam, ut de uia non declinemus. Igitur si offensionem habere, commune est haeticorum doctrinae, atque illorum qui casti, integreque in crucis Christi praedicatione uersantur: quid tandem hoc argumento effecistis? qua nota secerni ab haeticis, & in ueritatis catholici potuerunt? sed dicamus, quod in hac

re

re uerum, sincerumque sit. Offendit quidem, & conturbat pura crucis Christi praedicatione. Quosnam? Iudaeos (ut Paulus inquit) & infideles, ac pereuntes. Haereses uero prolapsionem, immo potius casum, ac ruinam instruunt, ac parant piis, fidelibus, & iis, qui salui sunt, quales sunt, qui ueltris argumentationibus, fallaciis, suasionibus, argutiis, nouitatibus ab ecclesiae obedientia, & antiquis sanctorum patrum institutis, & decretis abduci non potuerunt. quae uos omnia violare, atque imminuere, & religionem ipsam quoque de suo gradu deiciere conamini: docentes cum Balaam mittere scadalum coram filiis Israel edere & fornicari. Non disimulabo autem uerum esse illud, quod D. Bernardi graui certe apud me testimonio comprobatur: processisse ecclesiae vexari, & exagitari, non ea tantum ratione, quae in argumento exprimitur; uerum & illa, de qua multo ante Gregorius Theologus scripserat. cuius uerba laetinae expressa haec sunt: Nos igitur cum humiles, & moderati essemus, ad hanc altitudinem peruenimus, & paulatim ita creuimus, ut ad hunc maiestatis gradum, & bonorum multitudinem Dei ope, & propere manu ducti processerimus. Cum impinguati sumus, tam insolentes; ac petulantes euasimus; posteaquam dilatati sumus, tu rusus in angustias reieci sumus: & quam in persecutionibus & tribulationibus collegeramus existimationem, & potentiam, hanc secundis rebus amisimus. Quid autem cause est, cur isti, qui se hoc loco D. Bernardi praesidio muniunt, illius eiusdem sancti uiri uocem non exaudiant? qui haeticos esse definit detractores, & canes illos, a quibus catholica irridebatur ecclesiae? & baptizaret infantes, oraret pro mortuis, sanctorum suffragia postulare, qui, ut ait, in omni genere hominum, atque in utroque sexu festinant proferbere Christum in adultis, & paruulis, in uiuis, & mortuis; hinc quidem infantibus ex impossibilitate naturae, inde uero adultis ex difficultate continentiae praescribentes, porro mortuos uiuentium fraudantes

I. Cor. I.

Apoc. 2.  
Nu. 24.  
25. 31.In Cant.  
ser. 66.

fraudantes auxiliis : viuentes nihilominus sanctorum, qui decesserunt, suffragiis spoliantes. Sed eos præstare dixit, gladio coerceri illius, qui non sine causa gladium portat, quam permitti, vt ad suos errores multos quotidie traducant, & conuertant. At Tiresias isti se esse putant, qui soli sapiant, reliquos omnes velut vmbra vagari.

## QVAESTIO LXII.

*De uexatione doctrinae, an sufficiens sit signum meritatis.*

## LOCVS LXIII.

*Si circumcisionem adhuc prædico, quid adhuc persecutionem patior?*

## ARGVMENT. HAERETICORVM.

MAGNIS periculis, quotidie impendentibus in Euangelij prædicatione Paulus uersabatur. tum enim accusatur, tum in carcerem, & vincula conicitur, lapidibus appetitur, virgis caeditur, modò fluminum, modò latronum, modò maris pericula, atque naufragia subit, incertæ fugæ se mandat, in capitis & vitæ discrimen sæpè vocatur, sæpè vltro se ipse morti pro Christo obicit, ac deuouet. Sed quoniam hi tam infesti, atque inimici veritatis prædicatores sunt? vt vno omnes verbo cõprehendamus, Mundus : hoc est, qui in mundo dominantur, & regnant, mundi potentes, atque sapientes. Quæ verò tanta causa est? Cur tam acerbè Paulum infestantur? Odi Euangelij doctrinam, & ueritatem, quam longè magis, quàm caput, ac famam suam ipse defendit. Nullum est igitur veritatis & puræ doctrinæ verius argumentum,

gumentum, quàm cum eam videas molestam, & odiosam esse mundo, eiusque defensores, & propugnatores à mundo damnari. Hoc nobis accidit mox, vt docere, & prædicare veritatem cœpimus; quam à nobis renouatam extinguere, & quasi renascentem opprimere mundus suis omnibus viribus est conatus. Quæ quidè in re, & testimonium nobis sinceræ doctrinæ dedisse, & frustra in eo quod cupiebat, laborasse uideretur; quia nõ est sapientia, neque prudentia, neque consilium contra Dominum, ueritatis patronum, & custodem.

Prou. 21

## REFUTATIO.

LATISSIME supra, cum de huius argumenti ueritate, & fallacia, tum de intolerabili hæreticorum insolentia differuimus: qui causam suam cum sanctissimorum Apostolorum causa coniungere, & illorum temporum cum suis non modò comparare; sed paria planè facere contendunt. In quo ne falli nos sophismatibus, & fallacibus istorum conclusiunculis sinamus; quantum fuit in nobis prospeximus, ita, ut necesse nunc non habeamus plura de hoc argumento uerba facere. unum illud satis fuerit: mundi nomine, potentes quidem, & sapientes intelligi, si sint à fide, & pietatis ueritate, ac religione alieni, & abhorrentes. At uexatio ista, uel correctio potius, de qua multa aduersarii assidue queruntur, à sancta proficiscitur, & catholica ecclesia, quæ columna est, & firmamentum ueritatis: atque id non tyrannidis (ut sæpè uobis in ore est) exercendæ; sed salutis cum uestræ, tum omnium, qui uestra causa riuunt, procurandæ gratia. Verùm ne nihil distinguentes omnia miscere, atque confundere, ut facitis, & ita credulos homines inducere, ac fallere possitis ad ea, quæ supra ex Augustino contra morbum istum ueluti medicamenta parauimus, quantum inter hanc, & illam uexationem interesset ostendentes, Chrysostomi quoque regulam

Quæst. 58  
& 62.

In epist.  
ad Gal.  
cap. I.

regulam adiungemus, qua dicta, factaque omnia discernere, & internoscere docet his uerbis: Non oportet uerba nuda noscere; alioqui multæ consequentur absurditates. neque conuenit sermonem per se nudum examinare; sed obseruare mentem scribentis. In humanis enim sermonibus, nisi hac ratione fuerimus uis, expedientes, quid senserit is, qui loquitur, multas inducimus similitates, omnia subuertentur. Et quid attinet loqui de uerbis, quando & in factis, nisi regulam hanc seruauerimus, omnia sursum deorsum miscbuntur? Nā & medici secant carnem, nonnunquam & ossa frangunt, quæ frequenter eadem faciunt & latrones. An non igitur fugit extremam infelicitatis, si nequeamus latronem à medico discernere? Rursum homicidæ pariter, ut martyres torquentur; at non quia patiuntur eadem tormēta, utriusque eodem habentur loco: sed plurimum interest inter hos, & illos. Quod ni regulam hanc seruauerimus, nulla de re rectè iudicare poterimus; sed ipsum etiam Heliam homicidam censebimus; cumque hoc Samuelem, & Phinees, quin & Abraham filii interfectorem dicemus: si res nudas expendimus, non addentes, quamobrem, quo animo id fecerit.

## QV AESTIO LXIIII.

De charitate, quomodo est plenitudo legis.

LOCVS LXIIII.

Omnis lex in uno sermone impletur: Diliges proximum tuum sicut teipsum.

ARGVMENT. HAERETICORVM.

TRIVMPHANT hoc loco, seque immodicè iactant

stant impii sophilæ: ex quo sua omnia confirmari posse somnia putant, charitate parari iustitiam, præstari legem, salutem acquiri, uitam comparari semp. eternam. Alacres itaque, & erecti volitant, lætum pæna: canentes, inani lætitiæ elati, ac temerè gestientes. At cæci nullū esse argumentū, in quo fiat progressus à præcepto ad opus non vident. Quis enim dederit eam conclusionē: Lex ita præcipit: Ergo homines ita faciunt. Est igitur eorum argumentum, & uanum, & irritum, & planè nullum. Nemo enim ne sanctorum quidem tam. castè, & in tegrè dilexit, ut ex toto corde quod lex mandat, dilexisse dici possit cupiditatis ratione à vero, & perfecto amore retardantis. Hinc illa Pauli, quas de iustorum omnium persona deplorare solebat, frequenter querelæ. Scimus quia lex spiritalis est: Ego autem carnalis sum, venundatus sub peccato. Quod enim operor, non intelligo. non enim quod uolo bonū, hoc ago: sed quod odi malum, illud facio. Si autē, quod nolo, illud facio; consensio legi, quoniam bona est. Nunc autē iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Scio enim, quia non habitat in me, hoc est, in carne mea bonum. Nam uelle adiacet mihi: perficere autem bonum non inuenio. Non enim quod uolo bonum, hoc facio; sed quod nolo malum, hoc ago. Si autem quod nolo illud facio, iam non ego operor illud; sed quod habitat in me peccatum. Inuenio igitur legem uolenti mihi facere bonum, quoniam mihi malum adiacet. Condelector enim legi Dei secundum interiorē hominem: uideo autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in membris meis. Infelix ego homo: quis me liberabit de corpore mortis huius? Si quis uerò sit tam stupidus, qui natiuum istud ac domesticum bellum sentire se uel neget, uel dissimulet: is Augustinum audiatur, qui in sermonibus de uerbis Apostoli ita scripsit: Vel sentis hanc rixam, uel non. Si non sentis, uide ne forte

Mat. 22

Rom. 7.

Serm. 12

fortè mens tua tota carni cõsentiat : uide ne fortè idèd non sit bellum, quia pax peruersa est. Quando uinces, qui non bellare cõpisti? si sentis compatere dicenti: Non quod uolo bonum, hoc facio; sed quod nolo malum, hoc ago: & , Infelix ego homo! quis me liberabit de corpore mortis huius? Cùm igitur (ut cõstat) amor non sit talis, qualem requirit lex: neque iustitiam afferre; neque salutem ualeat; neque homines, ut legi sint audientes, efficere potest. Quæ quidem omnia ab una fide petenda sunt. Fides enim, duce Iesu Christo, ad gratiæ, & misericordiæ Dei sedem, & ad peccatorum ueniam ducit. qua impetrata inchoatam quandam legis seruandæ rationem ingredimur, & peccatum quod, ne perfectè, & absolutè legi nos obedientes præbeamus, obstat, Christi merito nobis non imputatur. Hæc qui nesciunt, se fidei & religionis Christianæ mysteria ne scire fateantur necesse est.

## R E F U T A T I O .

CUM à durissima legis seruitute Galatas ad libertatem uocatos, & ad suauissimam fidei gratiam translatos esse Paulus docuisset, duplici admonitione tum eos commonefacit: altera ne tuendæ libertatis occasione carni frena laxent, neque quicquam de uirtute pudoris, & modestiæ magistra remittant: altera, ut charitate mutua sibi uicissim omnes seruiant, hac potissimum ratione quòd omnis lex in hoc sermone impleatur: Diliges proximum tuum sicut teipsum . Qua de re latius, & enucleatius in epistola ad Romanos egit . In qua cùm de eadem fidei libertate eos edocuisset, & non solum à spiritu, ac timore seruitutis liberatos; sed etiam ad optionis spiritu donatos ostendisset, quo monente, & impellente clamare possent, Abba pater, ut sua illos cohortatione ad charitatis officia inuitaret, & reuocaret à uitis, ne libertatis nomine fortasse decepti in aliis

aliis rebus cupiditate prolabantur, ita cum illis loquitur: Nemini quicquam debeatis, nisi, ut inuicem diligatis. Qui enim diligit proximum, legem impleuit. Nam non adulterabis . Non occides . Non furaberis . Non fallum testimonium dices. Non concupisces; etsi quod est aliud mandatum, in hoc uerbo instauratur: Diliges proximum tuum sicut teipsum . Dilectio proximi malum non operatur. Plenitudo ergo legis est dilectio. Ex quibus ita nos argumentamur, ut ad nostrum argumentum respondere, aut omnino hiscere hæretici planè nihil possint. Est autem hoc: Qui ex fide in Christum Iesum peccatorum suorum veniam impetrauit, & promissum spiritum sanctum, unà cum charitatis diuino munere quod illi semper consequitur, accipit, is iustus est: est enim charitas (ut Augustinus inquit) uerissima, plenissima, perfectissimaque iustitia: is legem obseruat, & implet: hoc est, (ut Augustinus explanat) ita uiuit, ut lex præcepit. Plenitudo enim legis charitas, sicut dicit Apostolus, quam charitatem Dominus exhibere, & donare dignatus est, mittendo fidelibus suis spiritum sanctum. Vnde idem dicit Apostolus: Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis, & ipse Dominus. In hoc scient omnes, quia discipuli mei estis: si uos inuicem diligatis. Impletur ergo lex cùm fiunt, quæ ibi præcepta sunt. Ex quo fit, ut nostrum argumentum à præcepto ad opus nõ fit, ut falso iudicare deprehendantur hæretici. Neque enim præcepto alio tanquam fundamento nitimur rationis; sed illa Pauli asseueratione: Qui diligit proximum, legem impleuit . qua etiam asseuerantius utitur, cùm inquit: Plenitudo legis est dilectio . est autem à diuinæ gratiæ, siue charitatis munere, & auxilio, quæ nunquã est inanis, nunquam otiosa, aut cessans (id quod Paulus apud omnes testatum reliquit) ad opus, opus inquam, de quo Deus summus legislator non modò seuerè præcipit, sed ut perfici possit, suum benignè pollicetur, & adfert

*De natura, et gratia. c. 47*  
*Lib. 12. contra*  
*Faus. 6*

*Gal. 5.*  
*Rom. 13.*

*1. Cor. 13*



*Exec. 3. 6* adfert auxilium. Spiritum (inquit) meum ponam in medio vestri, & faciam, vt in præceptis meis ambuletis, & operemini. Quamobrè Augustinus, qui vnus, quæ apud Paulum occulta, inuoluta, & (vt Petrus ait) difficilia sūt intellectu, prompta, aperta, & facilia facere potuit: cum illud ex Paulo recitasset, Cœclufit scriptura omnia sub peccato, vt promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus: tum adiunxit; Ex hac promissione, hoc est, Dei beneficio ipsa lex impletur: sine qua promissione præuaricatores facit, vel vsque ad effectum mali operis, si etiam repagula timoris concupiscentiæ flamma transcenderit, vel certè in sola voluntate, si timor poenæ suauitatem libidinis vicerit. Explanat autem illud Dei beneficium charitatem esse his verbis, Charitas quippe plenitudo legis est, & nõ nisi charitati sunt præcepta facilia. Vnde ipsa dilatatio commendatur, cum dicitur: Dilatasti gressus meos subtus me, & non sunt infirmata vestigia mea. Legem igitur ne ab vllo quidem omnium, qui vnquam fuere, futuriue sunt hominum quã tumuis sanctorum, ac Deo placentium, aut seruatur, aut impletam fuisse afferentes, perinde mihi facere videtur: atque illi, qui defendere stultissimi conantur, vel neminem sanctorum caritate à Deo donatum vnquã fuisse, vel Deum, quæ nullo modo fieri possent, præcepisse, quorum vtrunque à veritate plurimum abhorret. Aliter n. Paulo maximopere aduersatur: qui ad Romanos accuratè differens, rebus neque secundis, neque aduersis homines sanctos a Christi veritate posse separari ostendit, Corinthiis charitatis viam omnibus alijs excellentiorem, atque præstantiorem esse demonstrat. quibus etiam vt omnia in charitate faciant præcipit, & mandat. Ephesijs non solum in cordibus eorum vt Christus per fidem inhabitet, optat; sed etiam in charitate radicari, & fundari vehementer cupit, vt comprehendere valeant, cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo, & longitudo, & sublimitas, & profundum.

Theffalo-

Theffalonicenses charitatem suam erga omnes fratres cognitã facere in vniuersa Macedonia lætabundus exultat. Quam quidem charitatem etiam Ioannes ait, perfectam in nobis fore, si mutua nobis inter nos fuerit beneuolentia, vt intolerabilis omnino sit impudentia; & obstinatio ferro, flammâq; castigada eorum, qui nemini sanctorum hoc, atque adeo necessarium Dei munus contigisse prædicant. Alterum verò & Moyfi diuino legislatori, & Paulo diuinæ legis interpreti apertè, palâque repugnat. Ille. n. in lege ita scripsit: Mandatũ quod ego præcipio tibi hodie, non supra te est, neque procul positum, nec in cœlo sursum, vt possit dicere: Quis nostrum valet ad cœlũ ascendere? vt deferat illud ad nos, vt audiamus, atque opere compleamus? neque trãs mare positum, vt causeris, & dicas: Quis è nobis poterit trãs fretare mare, & illud ad nos usque deferre, ut possimus audire, & facere quod præceptum est? Sed iuxta est sermo ualde in ore tuo, & in corde tuo, ut facias illum. Paulus autem locum hunc ad Christum ea potissimum ratione transtulit, quod fide in Christum, spiritum sanctum, & iustitiam fidei, id est, charitatem concipiamus. Vt enim sæpè iam diximus, & memoriæ causa sæpius erit repetendum: illa ipsa iustitia fidei charitas est quæ mandata legis ita leuia, & suauia facit, ut & ferri possint, & uoluptatem habeant, ac delectationem. Quibus autè uerbis Paulus in hac interpretatione sit usus, audite. Quæ ex fide (inquit) est iustitia: sic dicit: Ne dixeris in corde tuo; Quis ascendet in cœlum? id est, Christum deducere. aut quis descendet in abyssum? hoc est, Christum à mortuis reuocare. Sed quis dicit? Propè est uerbum in ore tuo, & in corde tuo, hoc est uerbum fidei, quod prædicamus. Quia si confitearis in ore tuo Dominum Iesum, & in corde tuo credideris, Deus illum suscitauit à mortuis: saluus eris. Quomodo saluus, inquires? Hac inquam ratione, quod mens fide parata spiritum sanctum, & charitatem concipit,

T pit,

*i. Theff. 4**i. Ioan. 4*

2. Ioh. 5.

pit, cui vni quidem charitati (vt Ioannes inquit) manda-  
ta Dei graua non sunt: Quapropter Augustinus sine  
quo interprete si Pauli locos paulo obscuriores intelli-  
gere conarer, frustra laborare mihi ipse viderer: duo  
maximè aduersus hæreticos diligenter tuetur, atq; de-  
fendit: Alteram quidem, charitate legè impleri, diuina  
quæ mandato suaui, atque facilia factu fieri. Quæ-  
re inter cætera dicit Apostolus: Plenitudo legis chari-  
tas, & fides quæ per dilectionem operatur: factum est  
itaq; homini facile in nouo testamento, quod in vete-  
re difficile fuit habenti fidem, quæ per dilectionem ope-  
ratur, atq; illo digito Dei, hoc est, spiritu Dei intus ea  
in corde scribente non foris in lapide. Alterum verò  
Deū *aduersus* id est, quæ fieri nullo modo possunt, nõ  
præcepisse. Deus (inquit) impossibilia non iubet: sed iu-  
bendo admonet & facere quod possis, & petere quod  
nõ possis. Iã verò libido, quã concupiscentiã vocat, nõ  
quam tanti fuit, vt sanctos homines, ne quæ de charita-  
te madata sunt diligenter exqueretur, planè impedire  
posset. Bellũ illa quidè gerit cũ hominibus perpetuũ,  
dum in huius vitæ lubrico versantur, & dum adhuc per  
speculum in enigmatè Deũ agnoscunt, vt grauissimo se-  
pè certamine & accerrima pugna omnino sit opus ad  
eumunia obeunda, & madata exhaurienda, quæ nobis  
charitas imposuit, atq; præfixit: Sed qui in hoc certami-  
ne cupiditate nõ frangitur, & sese præstat inuictũ, is so-  
lidam illam, & constantè iustitiã tenet, quæ homini mor-  
tali potest in hac vita contingere. Itaq; cum legitimè  
certauerit, corona iustitiæ in cælo vbi sempiterno quo  
fruetur, merito donabit: non iã amplius per speculum,  
& in enigmatè, sed facie ad faciem Deum contèplans,  
omni cadendi timore atq; periculo solutus, & liber,  
summaq; Deum charitate, & amore complectens, iusti-  
tia, quam dum mortalem hanc viueret vitam, esuriuit,  
& sitiuit, abundè saturabitur. In hac autem saturitate iu-  
stitiæ, beatæ & sempiternæ vitæ merces posita est: vt sit  
gratia

De natu-  
ra, et gra-  
dia. c. 44

1. Ioh. 1.

gratia pro gratia, & iustitia pro iustitia, & deniq; triũ-  
phus pro victoria. Non ab re igitur Paulus certaminis  
illius, & pugnæ, de qua diximus, nõ ignarus, cum de vi-  
tæ præsentis iustitia loquitur, querelas illas cum dolo-  
re deplorat, de repugnantiã, de corpore mortis, de inti-  
mo, & domestico peccato, & reliquis id gènus. At ne  
quis propterea de ea iustitia detrahedi, quemadmodũ  
hodiè faciunt hæretici, occasionem arripere: peccatũ  
illud, de quo quæritur, non verè, & propriè peccatum  
esse declarat. quod eos non condemnat, qui sunt in  
Christo Iesu; neque (vt ipsemet interpretatur) qui spiri-  
tu facta carnis mortificant. Hisce querelis quid sibi vel-  
let, & quid expeteret Paulus, paulo post ea verba, vult  
sunt in argumento recitata, exponit Augustinus. Quæ  
enim, inquit carere hoc inimico, & multò optabilius  
ducit inimicum nõ habere, quàm vincere. Sed animadu-  
uertite quæso malè sani, & malè cauti ne quantum de  
charitate detrahere non amini, tantundè de fide detra-  
hatis, quam vnã extollere dicendo videmini. Nam si  
iustitiam charitas non deserat, quia non quantum satis  
sit, non plenè, non toto corde, vt lege præscribitur, ame-  
mus; eadem certè ratione ne fides quidem ipsa iustitiã  
desert. Quis enim ex toto corde, quis cumulare credit  
quod ad iustitiam requiri Philippus diaconus ostendit,  
cum Aethiopi Eunucho, qui Euãgelium iam tum de gu-  
strare cœperat, dicens; Ecce aqua: quid prohibet me ba-  
ptizari? respondit: Si credis ex toto corde, licet. Nemo  
certè, nemo inquam est, cui fidei nõ multum desit, cui-  
que non in credendo natura, cupiditasque repugnet.  
Satis igitur fuerit, tantum habere fidei, & charitatis, id  
quæ diuino beneficio, quantum habere militantes, pe-  
regrini, viatores possunt. Nec ea requirenda sunt, quæ  
victoribus ciuibus, & in cælesti patria quiescentibus,  
mercedis loco tribuuntur. Hanc autem mercedem, &  
laborum fructum fide quidem, & precibus postulare, pa-  
tientia, & perseuerantia expectare, atque sperare, cha-  
ritate

Roma. 8.

De ver.  
ap. ser. i.

Acto. 8.

2. Ti. 4.

ritate diligere, & bonis omnibus anteponere omnino. Christum homines debent. Est enim bonorum omnium summum, & extremum: quò referenda sunt omnia, ipsum autem nusquam. Ita Paulus imitabuntur, qui non alio, quam huc suum omne certamen, cursum, fidem, referebat. Qua de re bonum (inquit) certamen certavi, cursum consummaui, fidem seruaui. In reliquo reposta est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex; non solum autem mihi; sed & iis, qui diligunt aduentum eius.

## QVAESTIO LXV.

*De idololatria, quam ad monachorum statum, & missæ sacrificium transferunt hæretici.*

L O C V S L X V.

*Manifesta sunt autem opera carnis: quæ sunt adulterium, fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus.*

## ARGVMENT. HÆRETICORVM.

DE carnis operibus, quæ hoc loco Paulus enumerat, venire in dubium nemo potest, quin illis omnibus non modò mundus; sed & ipse Christianus orbis affluat, præterquàm de eo, quod appellatur *ιδωλολατρία* quam ex Christianorum hominum pectoribus eiecitã penitus, atque exterminatam aduersarii volunt. Sed si quid, & quale sit, quod hoc vno nomine Paulus significare voluerit, subtilius intellexerimus, statim cognoscemus nullum esse aliud carnis opus, quod eque, atque istud in Christianis finibus regnauerit puramque foeda

uerit

uerit religionem. Significat enim hoc vno verbo Paulus quicquid humana ratio probat, atque optimum esse decernit: Cuius generis sunt monachorum professio, missa priuata, aliaque id genus sexcenta, secundum præcepta, & doctrinas hominum, quæ sunt rationem quidem habentia sapientiæ in superstitione, & humilitate, & ad non parcendum corpori, non in honore aliquo ad saturitatem carnis, vt Paulus inquit. Col. 2. A quibus omnibus, qui Christum purè, & castè colere volunt, & non in duas partes claudicare, tanquam à mortifera idolorum seruitute longissimè abhorrere oportet.

## R E F V T A T I O.

NE QVÆ monachorum professio, neque nostrum sacrificium, quam vos missam priuatam appellatis; vt alia omittamus, quæ ne vos quidem ipsi quemadmodum oportebat, omnia hoc loco enumeratis, humanæ rationi probantur. Nam quò ad primum attinet, quis vnquam, qui iudicandis, examinandisque rebus, humana tantum ratione niteretur, hominem probauit, qui libertatem eam, quam *αυτονομία* Græci appellant, reijceret, ac voluntariæ cuiusdam seruitutis genus sceleretur? quis eum, qui diuitijs paupertatem, rerum abundantiam inopiam, vitæ omnibus delicijs circumfluenti egestatem, atque indigentiam anteposisset? quis denique vllum hominem, qui vt pudicitiam sequeretur, omnem respueret posteritatis spem; prudenter, & ratione aliqua fecisse asseruit propterea Christus humanæ salutis consiliarius, & administer de his rebus consilia non omnibus hominibus, qui ratione quasi quadam vitæ luce vtuntur, dedit; sed illis tantum, qui diuino nomine, ac spiritu gubernati ipsum aliquatò propius erant secuturi; & cùm in interiore cordis parte diuinam vocationem admisissent, omnibus numeris absolutiores, atque perfectiores

T 3

festiores erant euasuri, ac intimo corde percepturi, quidnam esset eunuchum fieri propter regnum cœlorum. Ait enim: Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Si vis perfectus esse, vade, & vende oia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo, & veni sequere me. Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datû est. Sunt eunuchi, qui seipfos castrauerunt propter regnû cœlorum. Qui potest capere, capiat: vt autem hæc non necessaria, sed voluntaria; non omnium, sed paucorum esse intelligamus; adhibenda est mandati, & consilii facilis illa, & expedita distinctio, quam Gregorius Theologus complexus est, quem latinè loquẽtem audiamus: Eorû (inquit) quæ legibus Christianis sancita sunt, quædam necessitatem habent, quibus qui non parent, sibi ipsi periculum creat: quædam verò non necessitatem, sed electionem habent: quæ si seruentur, honorem, & præmium afferunt, si non seruentur, nullum omnino periculum. Et de monachorum professione quidem hæc. De missa verò priuata quid est, quod humana ratio pro se ipsa percipere, nedum probare possit? Num illa, quæ ex sanctis libris Dei verba ad nostram siue doctrinam, siue cohortationem, siue consolationem recitantur? Num obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones? Num quod maximam habet admirabilitatem, diuinum, & singulare mysterium humana mens, aut ratio intelligere potest, quæ nihil nisi quæ sub sensum cadunt, agnoscit? Cumque hæc omnia Dei spiritus sint, ea spiritus Dei tantum, non alii cognoscunt; & qui non spiritum huius mundi tantum acceperunt; sed eum quoque qui ex Deo est: vt sciant, quæ sunt ipsis à Christo donata. Totum igitur hoc, quod de idololatria hoc loco philosophamini, fictum quiddam, & inane est. Quomodo enim dixisset Paulus; Manifesta sunt opera carnis: cum tot seculis ad vestra vsque tempora occulta ista & arguta verbi huius vis, atque potestas in mentem venerit nemini

mini? Hæc scilicet idololatriam Ambrosius sanctus episcopus ignorabat, quando Mediolani monasterium extra vrbs mœnia bonis fratribus plenum paterno suffertabat amore, cuius rei certissimus est testis Augustinus. Ignorabat Augustinus ipse, quando monasteria, & monachos instituebat, qua de re à Donatista Petiliano acriter accusabatur, quod vitæ genus (vt Augustinus ait) vel ipse nesciebat, vel potius toto orbe notissimum nescire se fingebat. Ignorabat, quando cum Manichæis de moribus differens ecclesiæ catholicæ monachorum institutionem atque disciplinam his verbis eximia laude ornabat. Quis non illos miretur, & prædicet, qui cõtemptis, atque desertis mundi huius illecebris, in comunem vitam castissimam sanctissimamque congregati, simul ætatem agunt, viuentes in orationibus, in lectionibus, in disputationibus, nulla superbia tumidi, nulla periuicacia turbulenti, nulla inuidencia liuidi, sed modesti, verecundi, pacati, concordissimam vitam, & intissimam in Deum gratissimum munus ipsi offerunt, à quo ista posse meruerunt: nemo quicquam possidet proprium: nemo cuiquam onerosus est, operatur manibus ea, quibus & corpus pasci possit: opus autem suum tradunt eis, quos decanos vocant, eò quòd sine denis præpositi, vt neminem illorum cura sui corporis tangat; neque in cibo, neque in vestimento; neque si quid aliud opus est, vel quotidianæ necessitati, vel mutatæ, vt asolet, valetudini. Illi autem decani cum magna solitudine omnia disponentes, & præsto faciẽtes, quicquid illa vita propter imbecillitatem corporis postulat, traditione tamen etiam ipsi reddunt vni, quem patrem vocant. Hi verò patres non solum sanctissimi moribus, sed etiam diuina doctrina excellentissimi nulla superbia consulunt iis, quos filios vocant; magna sua in iubendo auctoritate, magna illorum in obtemperando voluntate. Conueniunt autem diei tempore extremo de suis quisque habitaculis, dum adhuc ieiuni sunt, ad

*Conf. lib. 8. cap. 6. Lib. 3. con. Per. c. 19. 20*

*De mod. eccles. ca. 10. 21.*

audiendum illum patrem, & cōueniunt ad singulos patres terna, vt minimum, hominum millia: nam etiā multo numerosiores sub vno agunt: audiunt autem incredibili studio, summo silētio affectiones animorum suorum, prout eis pepulerit differētis oratio vel gemitus, vel fletus; sed modesto, & clamore vacuo gaudiū significantes, corpus deinde reficitur quantum salutis, & salubritati sat est; coercente vnoquoque concupiscentiā, ne se profundat, vel in ea ipsa, quæ præsto sunt parca, & vilissima. Ita non solum à carnibus, & vino abstinēt pro sufficientia domandarū libidinum; sed ab his etiā, quæ tantò concitatus ventris, & gutturis prouocat appetitum, quantò quasi mundiora nonnullis videntur, quo nomine solet turpe desiderium exquistorum ciborum, quod à carnibus alienum est, ridiculè, turpiterq; defendi. Sanè quicquid ne cassario victui redūdat (nam redundat plurimum) ex operibus manuum, & epularum restrictione tāta cura egētibz distribuitur, quanta non ab ipsis, qui distribuūt, cōparatum est. Nullo modo nanque satagunt, vt hæc sibi abundant; sed omni modo agunt, vt nō apud se remaneat, quod abundauerit, vsque adeò vt oneratas etiam naues in ea loca mittant, quæ inopes incolunt. Nō opus est plura de re notissima dicere. Hos mores, hæc vitā, hunc ordinem, hoc institutū si laudare velim, neq; dignè valeo, & ve reor ne iudicare videar per seipsum tantū expositiū placere non posse, si super narratoris simplicitatem, cothurnum etiā laudatoris addendum putauero. Hæc Manichæi reprehendere si potestis: nolite cæcis hominibus, & discernere inualidis oscētare nostra zizania. His omnibus adiungo non Augustinum solum Donatistas, & ecclesiam catholicam Manichæos: verū & Basilii magnū illū Cæsariensē episcopū, Sabelliū Lybicū, & Marcellū Galatā, de monachorū institutione & cōsuetudine habuisse accusatores. qua de re quid ad ecclesiam Neocæsariensē scripserit, ex ipso discite. Cuius verba si quis

quis Latine audire velit, hæc planè sūt: Reprehēdimur aut, q̄ hoies pietatis cultores habeamus, qui mūdo, vni danisq; curis omnino renunciarint. quas quidem curas Dominus spinis verbum fructum ferre prohibentibus asimulat. Huiusmodi homines mortificationem Iesu Christi circumferentes in corpore, crucemque suam tolentes, Deum sequuntur. Ego verò quanti meam omnē vitā, tanti hæc esse peccata mea, & tales homines apud me, & sub me magistro hanc vitæ rationē exercitatio nemq; professos habere libenter æstimarim. Sed nunc & in Aegypto eadem virtute viros esse audio, & in Palæstina fortasse quosdā, qui hanc secundum Euangeliū viuendi rationem, & viam egregiè tenent. Atque & in Mesopotamia quosdam esse audio perfectos, atq; beatos viros. Nos verò pueri sumus si cum perfectis cōparatio fiat. Haud profectò tales (vt dicitis) hodierni sunt monachi, in quos acerbè inuehi, & cōumeliosè vestri est. Quis negat? At non est hæc de personis instituta disputatio, sed de institutione, professione & statu monachorum. Est etiam iniqua in omni hominum genere malorum prætermisissis bonis enumeratio. Ad illam igitur magni patris Augustini regulā nostra omnis siue laus, siue vituperatio formanda est, & dirigenda. Tu qui laudas (inquit) dic mixtos malos. Tu qui vituperas, vide ibi & bonos. Nemo vos fallat fratres, si non vultis falli, & vultis amare fratres, scitote omnem professionem in ecclesia habere fictos. Non dixi omnem hominem esse fictum; sed omnem professionem habere personas fictas. Sunt Christiani mali, sed sunt & boni. quales plures malos vides, quia palca sunt, & te ad grana peruenire, nō permittunt. Sunt ibi & grana, accede, tenta, excute, adhibe oris iudicium. inuenis sanctimoniales indisciplinatas: nunquid ideo sanctimonium reprehendendū est? sed popularis ista, & vetus de monachis perpetua fuit in ecclesia querela, qui neglectis temporalibus bonis conuolant ad diuina. Nam et si alii (vt Augustinus inquit)

*In Epistola ad ecclesiam Neocesæ.*

*In Psalmo 99.*

*De Agone Christiano.*

12.

inquit) cedunt eorum virtutibus, & laudant, quod imitari non audent: pauci tamen murmurant, & inani litore torquentur, aut qui sua querunt in ecclesia, quāuis videantur catholici, aut ex ipso Christi nomine gloriam querentes hæretici, aut peccatum impietatis suæ defendere cupientes Iudæi; aut curiositatem vanæ licentiæ perdere timentes pagani. Sed ecclesia catholica per totum orbem longè, lateque diffusa impetus eorum prioribus temporibus frangens, magis, magisque roborata est non resistendo, sed perferendo. Sed de primo idololatriæ genere, quod sibi finxerunt hæretici, hætenus. De altero verò missæ videlicet sacrificio dicere quid refert? quando si verum sit, quod in argumento comminifcentur, ab Apostolorum temporibus, hoc est, ab ipsis apparentis ecclesiæ incunabulis patres ad vnum omnes, episcopi, sacerdotes, omnis denique in ecclesia gradus, ordo, ætas, oriente toto, atque occidente idolis operam nauarunt. quibus sanctum, & solenne fuit hoc, quod hodie nos facimus sacrificium. id quod ex antiquis, & patriis ritibus homines sancti, & religiosi, accuratè collegerunt, ac inter cæteros Ioannes Hofmeisterus Germanus, homo mihi de facie nunquam notus, sed professione, studio, officiis, amore, voluntate coniunctissimus: Nobis autem satis superque hoc loco fuerit, Augustini auctoritate ostendere huius sacrificii eundem planè fuisse ritum, eandemque formam eo tempore, atque nostro: ne quis cum hæreticis, heri aut pridie inuentani fuisse missam, & institutā arbitretur. De uerbis (inquit) Apostoli multa dici possunt, quæ improbanda non sint. Sed eligo hoc intelligere, quod omnis, vel penè omnis frequentat ecclesia, vt *desiretis*, obsecrationes scilicet, seu preces accipiamus dictas, quas facimus in celebratione sacramentorum, antequam illud, quod est in Domini mensa, incipiat benedici; *τὸ πρῶτον* orationes scilicet, seu vota, cum benedicitur, & sanctificatur, & ad distribuendum

In Epist.  
59.

dum comminuitur, quam totam petitionem ferè omnis ecclesia Dominica oratione concludit: *εὐχῆ* enim ea propriè intelligenda est oratio, quam facimus ad votum, id est, *τὸ πρῶτον εὐχῆν*. Vouentur autè omnia, quæ offeruntur Deo, maxime sancti altaris oblatio: quo sacramento predicatur nostrum illud votum maximum, quod nos vouimus, in Christo esse mansuros vtique in compage corporis Christi: cuius rei sacramentum est, quod vnus panis, vnū corpus multi sumus. *ἐν τῷ αἵματι* postulationes scilicet, seu interpellationes fiunt, cum populis benedicitur. Tunc enim Antistites velut aduocati susceptos suos per manus impositionem misericordissimæ offerunt potestati. Quibus peractis, & participato tanto sacramento, *εὐχαριστία*, id est, gratiarum actiones cuncta concludunt; quam in etiam verbis vltimam commendauit Apostolus. Sæpius quoque commemorat id, quod in hoc verissimo singularique sacrificio dicitur: *Sursum corda*; vt habeamus ad Dominum Domini ipsius munus esse, perinde moneri nos à sacerdote, vt *gratias agamus Domino Deo nostro*, & cum sanctos martyres virginibus compararet, inquit: Perhibet præclarissimum testimonium ecclesiastica auctoritas, in qua fidelibus notum est, quo loco martyres, & quo defunctæ sanctimoniales ad altaris sacramenta recitentur. Hac igitur voce illud carnis opus significauit Paulus, & declarauit, quod latius descripsit, cum de mundi huius sapientibus ait: Cum Deum cognouissent, non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt; sed euauerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum: dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt, & mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & serpentium. De quo item Corinthios monuit, ne idololatriæ efficerentur: neve illorum Iudæorum impietatem imitarentur, qui conflatum vitulum adorauerunt. de quo illorum pec-

De bo. p.  
Cap. 13.  
De spiri-  
tu et li-  
tera. 11.  
Epistola  
57.  
De san-  
virg. cap.  
45.

Rom. 1,

1. Cor. 10

Exo. 31. Ephef. 5. cato scriptum est: Sedit populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere. Ephesios quoque docuit: Idolorum cultum esse auaritiâ, non illa tantum (vt arbitror) ratione, quia in argenteo, & auro suas omnes spes, & cogitationes collocat auarus, quæadmodum qui simulachra colit ex auro, & argenteo fabricata: verum quia æris, quo maxime fidunt auari, primus vsus cum diu fuisset sine nota, pecudum postea nota signatum pecuniæ nomen accepit, unde mutare videtur auarus immortalis Dei gloriam in similitudinem quadrupedis. Vtinam autem: quemadmodum hoc carnis opus idolorum scilicet seruitus, proprie non est in ecclesia; ita neque illud in ea serperet infinitum malum, quod reliquis carnis operibus annexum hoc loco est, appellaturque *hæresis*, pestiferum ac funestum malum, malorum omnium fons, & origo. Huic enim vni accepta referenda sunt ea omnia mala, quæ miseram hanc Remp. Christianam tam male habent, vexant, lacerant: pro obedientia, dissoluta libertate; pro modestia, omnium scelerum licentia; pro paupertate, rerum omnium sacrarum direptio, vestigalium occupatio, sacerdotum, & omnium, qui priorum testamentis aiebantur, eiectio, & oppressio; pro castitate, non coniugia, vt dicitis, sed stupra, sacrilegia, & effusa in omni in temperantia libidines; pro monachis & monasteriis, in gens desertorum & transfugarum numerus, & mira teporum solitudo; pro sacrificiis, & sacramentis, sacrilegis sanctarum caeremoniarum totiusque religionis contemptus: quorum scelerum magnis, atque potentibus principibus, ac populis auctores fuisse homines, qui paupertatem, castitatem, & obedientiam vouerant. Sed cum his querelis nihil proficiatur, ad duo, quæ restant eorum argumenta reuertamur.

## Q V A E S T I O LXVI.

Ex c. 6. De legibus humanis, & Pontificijs.

Locvs

LOCVS LXVI.

*In Christo Iesu neque circumcisio ali quid ualet neque præputium, sed noua creatura.*

ARGVMENT. HAERETICORVM.

SI neque circumcisio, neque præputium in Christo Iesu aliquid valent, sequitur vt neq; tota Iudæorum lex, neque omnes omnium leges ad comparandam per Iesum Christum iustitiam, aut salutem aliquid valeant. Circumcisio enim cum legis Iudaicæ proprium, ac perpetuum sacrum sit, legem significat; legem in qua, quam à Deo Iudæi acceperunt in dispositione Angelorum: quod Stephanus illis in consilio sedentibus exponit. Præputium verò leges omnium gentium, ac nationum, quæ circumcisioe non vterentur, significare, haud dubium est. quæ quidem leges à ratione, ac mente sapientum profectæ rectè facere iubent, delinquere vetant. Cum igitur neq; diuina, neque humana vlla lex iustitiam afferre possit, impiè profectò Romanus Pontifex agit, qui iustitiæ & salutis gratia Christi populum ad leges suas animum, & fidem applicare cõpellit. Hac enim ratione, & uia homines pretio pretiosissimo redemptos, ac liberatos à Deo, seruos suos facit, contra illud Pauli; Pretio empti estis: nolite fieri serui hominum. Quid diceret Augustinus si leges audiret, quæ seruitute nos hodie indigna, & intoleranda oppressos tenent, de ieiuniis, ciborum differentiis, diebus festis, votis, matrimonijs, confessionibus, excommunicationibus, aliisque; id genus innumeris? quæ Iudæorum conditionem sub lege, Christianorum conditione sub gratia tolerabilior rem iam tunc esse dixit. Iudæi enim (vt ipse ait) quandoquæ tempus libertatis non agnouerint, legalibus tamen sarcinis, non humanis præsumptionibus subiiciuntur.

REFV-

VELIS, remisque ad *ἀντρομίαν* hoc tendit argumentum, & ad plausibilem quandam, popularemque licentiam inducit, ut humana primum omnis sensim, deinde diuina quoque abrogetur lex; nostroque viuamus omnes arbitrarij. Duplici nanque via hæreticorum doctrina vulgi sensus, animosque titillat, atque ad eos affluit cum suauitate. Altera quidem est, qua diuinæ legis interpretationem omnibus promiscuè cõmuniterque concedit, neque illorum propriam esse vult, quorum potissimum industriæ, & curæ suas Christus oues ipse commendauit, pacendasque commisit. Altera verò, qua legum omnium non humanarum tantum; sed diuinarum etiam auferunt metum, & ecclesiæ catholicæ debitam de medio planè tollunt obedientiam. quibus blanditijs vulgares animi deliniti, atque corrupti adiuta peccatorum impunitatis spe, quæ maximè est ad peccandum illecebra, faciliè à patrum, atque maiorum nostrorum seueritate, ac disciplina ad illorum immoderatam libertatem dissolutamque licentiam euolant, atque transfugiunt. Quoniam autem de prima via alio loco disputatum est à nobis, de altera, quod præsens requirit argumentum, ad operis huius finem properantes breui percurramus. Duplex omnino est hominum genus. Vnum eorum qui sua quodammodo sunt natura habiles, atque idonei ad Christi gratiam amplexandâ: quibus in ea quoque perseverare, & ad virtutum normâ, de quibus Christus ipse præcepit, vitam omnem, actionesque instituire naturæ bonitate adiuuante, haud multum difficile est, aut laboriosum. Alterum illorum est, qui ad hæc eadem naturam habent non modò tardam, atque remissam; verùm etiam repugnantem: cumque in vitia ipsi, turpesque actiones vitæ faciliè dilabantur, tum ea in alios infundunt: neque solum obsunt, quòd ipsi corrumpuntur; sed etiam quòd corrumpunt, exemploque

ploque malo plusquam peccato nocent. Primi generis hominibus, qui sua sponte rectè agerent, diuinisque mandatis obtemperarent, admonitio quædam, atque animaduersio sufficit, non tam de rebus, quas oporteat agere, quam de attributis rebus ipsis *ἐν οἷς καὶ ἀπὸ ἀνθρώπων ἰσχυρίζεται*, & ut exempli gratia ad minima veniam, non de ieiunio, sed de modo, tempore, sine ieiunij admodum sunt; eodemque de reliquis modo. at secundi generis hominibus pœnæ metus necessariò adhibendus est. Ut enim equis ferocitate exultantibus domitores iniicere solent franos, quo mansueti, vel inuiti equi parère condiscant: & ut gubernacula nauibus gubernatores quo in altum cum libet è portu, & ex alto in tutum, atque tranquillum portum inuchi possint, adhibere naualis disciplina iubet: ita hominum ferocitati & insolentiæ pœnarum metus necessariò est adhibendus, quo vel inuiti sceleribus abstineant; paulatimque naturam illam in leges, & magistratus contumacem, atque superbam exuant, atque desuescant, tractabilioresque sensim effecti humanitatem, & obedientiam induant, atque suscipiant. Euenit enim sæpenumero, ut qui initio pœnam horrentes, ac reformidantes in officio tanquam serui sese cõtinent, mutata post diuino beneficio mente, ac uoluntate amoris, & charitatis uinculis, irretiti uoluntarii, & tanquam filij diuinæ gratiæ, & sanctissimarum legum iussis morem gerant, & obsequantur. Multi etiam naturæ vitia diuina primum gratia, sine qua nihil sumus omnes, deinde virtutum exercitatione sustulerunt. Quòd si hæc non contingant, iudiciorum saltem, legumque metu alios perturbare, ac malo, & impunitate ad peccandum incitare desinant. Non inutiliter Augustinus legum (inquit) etiam metu humana coercentur audacia, ut & tuta sit inter improbos innocentia, & in ipsis improbis dum formidato supplicio frænatur facultas, inuocato Deo sanetur uoluntas. Huc igitur Pontificum leges, quas canonicas siue ecclesiasticas



elefasticas appellamus, tendunt omnes: quarum maie-  
 statem eleuare quicumque student, rem illi quidem per-  
 niciosissimam in ecclesiam & domum quamcunque in-  
 ducunt confusionem, atque discordiam, vt vno eodem-  
 que tempore alii eluriant, alii ebrii sint, alii gaudeant,  
 lugeant alii, alii Deū precentur, alii ventri indulgēat, &  
 somno. Nihil autem est in vniuerso, quod magis mode-  
 ratum, concors, ordinatum esse oporteat, quam eccle-  
 sia & Christiana cuiuscunque familiae status. à quibus  
 Paulus, vt perfecti sint, mutua se cōsolatione sustētent,  
 idem sapiant, pacem habeant, omnia honestē & secun-  
 dum ordinem faciant requirit. Mittamus, quod qui legū  
 vim eneruant, probos admonitionibus priuant, impro-  
 bis laxant habenas, vt absq; ullo metu praeceptis ruāt  
 ad interitum sempiternum. Quid an ipsa nos vītat,  
 ac ferē quotidiana experientia non docet, multis de re-  
 bus, quæ neque natura, neque diuina lege satis apertē  
 explicatæ sunt, inter Christianos quoq; ab initio exor-  
 tas fuisse, in diesque singulos oriri controuersias, de  
 quibus decreta facere, & leges sancire illos oportuit,  
 quibus de pascendo grege suo Christus ipse mandaue-  
 rat. Nam & hoc quoque præcipuū, maximeq; necessa-  
 riū est, pastorale munus, atque officium de iis, quæ eue-  
 niūt, quæque euenire possunt, generatim statuere, quo  
 pauciora in singulis quoad fieri pōt hominū iudicio, ac  
 voluntati adiudicanda relinquātur, cum rarissimi sem-  
 per extiterint, ab ira, odio, amicitia, ac misericordia va-  
 cui; quales esse decet qui de quauis re integrē, & incor-  
 ruptē sunt iudicaturi. Quare sapiens quidā scripsit: Qui  
 legem præesse vult, is velle videtur Deum, ac leges im-  
 perare; qui autem vult hominem, is etiam belluam adiū-  
 git: cum præsertim tale quid sit cupiditas, & iracundia,  
 & magistratus, & optimus quisque à recta via detor-  
 queantur. Quapropter nihil aliud est lex, nisi mens à  
 cupiditatibus libera. Hinc Apostolorum leges illa san-  
 ctissimæ de circuncisione, de abstinentia, ab iis, quæ  
 idolis

quæ idolis immolabantur à suffocato quoque & sangui-  
 ne, aliæque multæ: de quibus legimus in actis: Paulus, &  
 focii cum pertransirent ciuitates, tradebant eis custo-  
 dire dogmata, quæ erant decreta ab apostolis, & Senio-  
 ribus, qui erant Hierosolymis. Hinc Pauli leges de con-  
 stituendis episcopis, de mulierum capite aperto, de ea-  
 rundem ornatu, & silentio, de coniuge infideli, de vsu  
 sacramenti Eucharistiæ, de iudiciis, de viduis; & illa, de  
 quibus ad Thesalonicensis scripsit: Fratres state, & te-  
 nete traditiones, quas didicistis siue per sermonē, siue  
 per epistolam nostram. De quibus item scripsit Augu-  
 stinus: Illa, quæ non scripta; sed tradita custodimus, quæ  
 quidem toto terrarum orbe obseruantur, dantur intel-  
 ligi ab ipsis Apostolis, vel à plenariis conciliis, quorum  
 est in ecclesia saluberrima auctoritas commendata, at-  
 que statuta retineri, sicut quod Domini passio, & resur-  
 rectio, & ascensio in cælum, & aduentus spiritus sancti  
 anniuersaria solemnitate celebrantur. Reserua hoc lo-  
 co, quæ Tertullianus scriptor vetustissimus, Apostolorū  
 temporibus propinquus, multa collegit, quæ in ecclesia  
 diligentissimē obseruabantur. De quibus cum nihil di-  
 uina lege statutū reperiretur, non potuerunt, nisi ab hu-  
 mana proficisci, vt antiquissimam eam fuisse, & non à  
 recentioribus Pontificibus in ecclesiam inuectam in-  
 telligamus. Vt à baptismo (inquit) ingrediar: aquā adi-  
 turi ibidem. Sed, & aliquanto prius in ecclesia sub An-  
 tistitis manu contestamur, nos renunciare diabolo, &  
 pompæ, & Angelis eius. Dehinc ter mergitamar, am-  
 plius, non aliquid respondentes, quam quod Dominus  
 in Euangelio determinauit. Inde suscepti lactis, & mel-  
 lis cōcordiam prægustamus: exque eo die lauacro quo-  
 tidiano per totam hebdomadam abstinemus. Eucharis-  
 tiæ sacramentum, & in tempore victus, & omnibus mā-  
 datum à Domino etiam antelucanis cœtibus, nec de  
 aliorum manu, quam præsentium sumimus. Oblatio-

2. Corin.

ult.

1. Cor. 14

Pol. 3.

Act. 17.  
& 16.

Timo. 1.

1. Cor. 11

1. Tim. 2

2. Cor. 7

1. Cor. 12

1. Cor. 6.

1. Tim. 5.

2. The. 2.

Epi. 118.

cap. 1.

Lib. deca.

mil.

nes pro defunctis, pro nataliciis annua die facimus. Die dominico ieiunium nefas ducimus, vel geniculis adora-  
re; eadem immunitate à die Paschæ in Pentecosten us-  
que gaudemus. Calicis aut panis etiã nostri aliquid de-  
curi in terram anxie patimur. Ad omnem progressum,  
atque promotum ad omnem aditum, & exitum ad vesti-  
tum, & calecatum ad lauacra, ad mensas, ad lumina, ad  
cubilia, ac sedilia, quacunque nos conuersatio exercet,  
frontem signaculo terimus. Hæc Tertulliani sunt, qui-  
bus si adiungere velim, quæ apud Cyprianum, vetustos  
quæ alios scriptores humanæ leges leguntur siue de la-  
pſis, hoc est, illis, qui feruente tyrannorum in Christia-  
nos odio ad idololatriam delapsi, ad ecclesiam postea  
resipiscentes reuertebantur; siue de reprimendis, cõpe-  
scendisq; hæreticis: siue de comessationibus, libidini-  
bus, sumptibus, omniq; vita delicata & molli, præter  
modum orationis huius cresceret magnitudo. Ad argu-  
mentum igitur reuertamur. Non eò pertinent Pontifi-  
cum, & ecclesiæ catholicæ leges, vt pretio emptos ser-  
uos hominum faciant; sed vt qui serui sunt peccati, libe-  
ri efficiantur iustitia, vt præparentur animi ad diuinæ  
gratiæ semen recipiendum fructusq; vberimos ferē-  
dos: vt neque ab hæreticis fides, neq; ab improbis ho-  
minibus charitas labefactari possit, vt sacrosãcta sint idē  
uina oĩa madata, & sacra oĩa sũma religione cõficiantur,  
celebrēturq; vt deniq; honestè omnia, & secundũ  
ordinē in ecclesia gerãtur. Quibus omnibus, aliisq; plu-  
ribus, quæ breuitatis sunt causa translienda, cum nihil  
sit hæreticis molestius, nihil odiosius, quid miramur, si  
omnes eiusmodi leges per seditionem abrogare, & re-  
scindere student; quæ autem humana sint scita, quæ le-  
gis nomen non attingunt ab Augustino Augustinus  
nos ipse docebit, si eius verba non dimidiata, sed in-  
tegra recitentur. Omnia (inquit) enim, quæ neque sancta  
sum scripturarum auctoritatibus continētur, neque in  
conciliis

conciliis episcoporum statuta inueniuntur, neque con-  
suetudine vniuersæ ecclesiæ roborata sunt: sed diuerso-  
rum locorum diuersis moribus innumerabiliter varian-  
tur; ita, vt vix aut omnino nunquam reperiri possint  
causæ, quas in eis instituentis, homines secuti sunt: vbi  
facultas tribuitur, sine vlla dubitatione rescanda exi-  
timo.

## QV AESTIO LXVII.

*De noua creatura, quæ una ualet ad salutem per  
Christum Iesum adipiscendam*

## LOCVS LXVII.

*In Christo Iesu neque circumcisio aliquid ualet, ne-  
que preputium, sed noua creatura.*

## ARGUMENT. HAERETICORVM.

NOVA tantum creatura, hoc est, interioris homi-  
nis mutatio, ac renouatio nos cum Christo conciliat,  
atque coniungit, habetque ad iustitiam & salutem effi-  
cacitatem; quod manifestè Paulus hoc loco affirmat.  
Collige ergo mihi, quæ extrinsecus sunt omnia, muta-  
tionem vestis, capita rasa: omnia quibus monachi confi-  
dunt, quæ iactant, ostentant, ostenduntque aliis, tanquã  
firmissima ad salutē præsidia. Collige ieiunia, preces il-  
las, quas canonicas horas appellant; reliquaq; id genus  
innumerabilia. Audacter dicam, vt iterum reputanda  
sunt omnia, vt damna, vt impedimenta, vt incommoda,  
vt detrimenta; quæ non plus ad gratiæ cum Christo

coniunctionem proficiant, quàm vel circumcisio, ve præputium. omnia nobis in hac vna per vnam fidem noua procreatione, & instauratione ponenda sunt, vt in Christo inueniamur, nostram non habentes iustitiam quæ ex lege est, externa, fucosa, & fallaciis plena: sed veram illam, & sinceram, quæ ex fide est Christi, quæ (vt Paulus inquit) ex Deo est iustitia in fide ad cognoscendum illum, & virtutem resurrectionis eius: qua notitia & nos manemus in Christo, multum fructum ferentes, & Christus ipse in nobis, sine quo nihil facere possumus.

## R E F V T A T I O.

N I H I L sanè opus est, de his, quæ ad monachorû statum, & vitæ normam pertinent, hoc loco disputare: de quibus quid esset sentiendum, supra non tam argumentis quàm calumniis prouocati, & iniuriis, satis expressimus, docuimusque non illis monachos præfidiis magnopere niti, & confidere, quæ risus captandi gratia in argumento cumulantur. Ea enim omnia instructiones quædam sunt, & exercitationes ad Christianas virtutes (neque pluris à nobis æstimantur) adipiscendas, & ad benè, beateque viuendum. In iis enim virtutibus beatam ponimus vitam. *δοκίμιος* igitur ea omnia sanctissimi Patres appellarunt. Verumenimvero, ne perniciosam istam simulationem interioris renouationis quæ in tus nulla est, vbi foris non apparet, mandatorum quoque Dei, & ecclesiæ in aliis negligentia, in aliis desipientia cõsequatur: id quod istis accidere videmus, qui interioris gratiæ, ac renouationis spiritus simulatione, & populari quadam iactatione suum in religionis negotio sensum contumaciter, arrogantesque tumentur; in quo-

quorum interea dictis, factisque omnibus, quæ sub nostrum cadunt aspectum, nouum nihil, sed vetera omnia videmus: operæ pretium erit, quid nouæ creaturæ nomine intelligendum sit, non nostro sensu; sed Pauli ipsius, perspicua, & dilucida expositione interpretari. Is enim, vt hæc verba: In Christo Iesu neque circumcisio aliquid valet, neque præputium; sed noua creatura, non peruersam, sed rectam intelligeremus: quid nouo isto nouæ creaturæ vocabulo accipiendum esset, & qua potissimum re, hæc siue nouitas, siue procreatio efficeretur, diligentius explanandum duxit, inquiens: In Christo Iesu neque circumcisio aliquid valet, neque præputium; sed fides, quæ per charitatem operatur. Est igitur noua creatura, non quæ vnam fidem, sed & quæ eam habet cum charitate coniunctam. Sed ne munera ista Dei quæ occulta intus in animo latent, Orationis vanitate simulare, aut mentiri quispiam posset: qua ratione cerni oculis posset, in ea quâ ad Corinthios primum scripsit epistola planissime explicauit, cum dixit: Circumcisio nihil est, & præputium nihil est. Quod perinde est, ac si dixisset, quod iam bis in hac epistola dixit: In Christo Iesu neque circumcisio aliquid valet, neque præputium. Adiungit autem, sed observatio mandatorû Dei. Digo sanè his mihi locis Paulus ostendit, totum hominem sanum factum, ac renouatum, intus quidem fide, & charitate, foris verò sanctis operibus, quibus diuina munda data perficiuntur. An verò ad diuina mandata non pertinet, vt quæ iam fecimus vota, nos monachi persoluamus? An vt Christiani omnes statis quibusdam diebus ieiunemus? An vt semper precemur, & ne defatigemur? An vt in egentes liberales simus? An vt de ratione, & via, qua hæc à nobis agenda sunt, præpositis nostris obtemperemus, qui peruigilant tanquam rationem pro animabus nostris reddituri? An alia nonnulla, quæ diuina lege decreta sunt, & in Euangelio instaurata, atque

1. Cor. 7.

Psa. 75.

Eccl. 115.

Math. 6.

Luc. 18.

Hebr. 13

Ti. 2. 13

corroborata quibus interior mutatio conseruatur, augetur, ad summamque illam tendit in cælo sitam perfectionem, quæ bonorum est omnium summum, atque excellentissimum. Huius renouationis origo, lauacrum est regenerationis & renouationis spiritus sancti, quem effudit in nos abundè Deus per Iesum Christum saluatorem nostrum, ut iustificati gratia ipsius, hoc est, ab omni iniquitate redempti sobrie, iuste, & piè viuentes in hoc seculo, ac bona opera sectantes, hæredes essemus secundum spem vitæ æternæ, expectantes beatam spem & aduentum gloriæ magni Dei, & saluatoris nostri Iesu Christi. Hæc est illa noua creatura in cuius ortu vetera transeunt, fiunt omnia noua, nouum cor, nouus spiritus, nouum mandatum. Hic ille nouus homo, qui veterem hominem exuens cum prauis actibus suis, ira, indignatione, malitia, maledicentia, turpique sermone, nouum induit, eum scilicet, qui renouatur in agnitionem secundum imaginem eius, qui creauit illum: vbi non est gentilis, & Iudæus, circuncisio, & præputium, Barbarus, & Scythæ, seruus, & liber: sed omnia, & in omnibus Christus cum benignitate, humilitate, modestia, patientia, charitate, quod est vinculum perfectionis. Hic ille nouus homo, qui veteri posito, hoc est, pristina consuetudine, non loquitur mendacium; sed veritatem cum proximo suo, irascitur, & non peccat, super cuius iracundiam sol non occidit, nullum denique diabolo relinquit locum, ambulat in nouitate vitæ, seruit in nouitate spiritus, cuius totam procreationem, ac renouationem iis verbis depinxit Paulus: Gratia saluati estis per fidem, & hoc non ex vobis: Dei enim donum est: non ex operibus, ut nequis glorietur. Ecce tibi bonorum omnium fons, atque origo, fides in Christum Iesum. Ecce gratia, quæ per fidem contingit, qua nobis omnia peccata condonantur, saluæque ab eis efficiuntur. idque nullo nostrorum operum promerito, sed

• diuinæ

diuinæ misericordiæ maxima quadam copia, atque affluentia: cuius hoc totum singulare donum est, in quo ne consistere mus, nihil iam ad perfectam, consummatamque salutem superesse arbitramur: de longa, quæ restat via ascribit: Ipsius enim sumus factura, creati in Christo Iesu in operibus bonis, quæ præparauit Deus, ut in illis ambulemus. Quibus verbis edocemur, nouam creaturam, hoc est eum, qui in Christo Iesu procreatus est, & instauratus per bona opera, quæ ordinauit, instituit, designauit Deus ad beatam, securam, sempiternamque vitam proficisci oportere. Sed quoniam hoc loco argumentando hæretici consistunt, nos quoque contra eos disputandi modum, & finem constituamus.

Q V A N T I verò hæc nostræ disputationes ad illos conuincendos futuræ sint, esto tu astimator, & iudex Marcelle pater amplissime, mihi certè scriptorum meorum momenta perpendenti, haud multum ponderis habituræ videntur, tum quod non ingenua illi ut iactant, & simplici scripturarum tractatione differunt: sed vafri quibusdam, & tenebrosos argutiis, ex quibus, tanquam à fructibus arborem, tenebrarum principè istiusmodi disputationum parentem positis agnoscere: tum quod & disputando & scribendo quantum vel ad sanandos ægros, vel ad integros cõseruandos profici possent, nostrorum hominũ ingenia his annis x x x. & amplius iam satis experta sunt. Quid enim a summis in omni doctrinæ genere præstantibus ætatis nostræ viris, quibus ego nulla sum ratione comparandus, est scribendo prætermissum, quod vel ad illorum pertinaciam retundendam, vel ad nostrorum mentes confirmandas facere possent? Et tamen quæ in vna tantum Europæ regione, vbi primùm exortæ erant hæreses sese continebant nostris disputationibus & scriptis irritatæ, inflammataeque veluti pestilentissima quædam contagio, vel

Ti 2. &

3.

2. Cor. 5.

Ezec. 18

& 36.

Ioan. 13

Ephes. 2.

Actneus ignis alitu gigantis supplicia expendentis longè, lateque diffusus; contineri non potuere, quin latius manarent, & Europam ferè totam omnino peruaderèt. In quo mihi sese inexpiabili propè scelere contaminasse illi videri solent, qui mederi, & sanare cum possent, atque deberent, tam graui, & periculoso morbo nascente aut negligebant, aut palam, & apertè gaudebant, aut quidem certè cóniuebant. Quod si *quαροσαί τορας ποιμένας τελαών* de Republica & religione cura attigisset, vel leui medicamento recens malum ipso initio esset extinctum, quod inueteratum negligentia, atque socordia, adeò robustum factum est, vt ne ferro quidem, & igne nunc medicina fieri possè videatur. Ad iudiciorum igitur seueritatem tandem aliquando ventum est, vt à patribus esse faciendum accepimus, quod quidem, & necessarium & salutare remedium cum doctrina, & suasionè téperatum, atque coniunctum, quam vellem à principio detestabilis huius, & execrandæ pestilentiae fuisset adhibitum. Profectò aut oppressum iam tum esset malum, aut late certè mortiferum hoc virus non emanasset. Nunc vereor ne sera fuerit hæc, quæ per se ipsam est admodum salutaris medicina, & quod hac tempestate vidimus, ex apertis hostibus occultos insidiatores, ex manifesto bello, latentes insidias, ex patente periculo, quod agnitum caueri facilius potuisset, obscuras quasdam, & asperas salebras, in quas multò procliuius incidunt imprudentes nobis comparemus. Malus est enim custos semper existimatus religionis metus, quippe, qui non ignem extinguit, sed obteggit tantum, & quasi supponit cineri doloso. An verò non videmus in Christianæ religionis primordiis, quâto potiores ad veritatis tutelam linguæ, hoc est, verbi, orationis suadæ, quam *αεθω* Græci dicunt, & doctrinæ fuerint vires; quàm gladii, imperij, comminationum, ac terrorum omnium, quando inermes, & imbecilli piscatores, ne cogitantes

rantes quidem quid dicturi essent ore, & sapientia ad eos diuinitus delapsa, regum potentiam, sapientum sapientiam, prudentum prudentiam reprobauerunt? Præclara igitur simplex, & directæ via (vt mea fert opinio) fuerit ad præsentem non hæresum modò; sed & aliorum omnium malorum sedandam tempestatem, illa, quæ vna in Christo Iesu valet, *noua creatura*. quæ si non ad singulos, sed ad vniuersum ecclesiæ corpus referatur: ciuitas est illa sancta Hierusalem, noua de cælo descendens, à Deo parata, sicut sponsa ornata viro suo: in qua scilicet nihil profanum, nihil vetus, nihil terrenum, nihil non diuinum, nihil denique quod maximam sponsæ aduersus virum suum charitatem non testetur. *Hæc noua creatura* fide, quæ per charitatem operatur, fingitur, & formatur; quæ si in medullis, aut visceribus hæret nostris, neque tanta cõrentione decertaremus, vltra plus apud Deum valeat fides, an charitas. Nam si alteram ab altera seiunxeris, erit illa tanquam corpus sine spiritu, hæc tanquam ædificium sine fundamento: neque tot odia, tam ardentis inuidiæ, tot inanes, & immensæ cupiditates in nobis conspicerentur. Si enim hæresis carnis est opus, vt Apostolus definit, nunquàm (mihi crede) opprimetur, nisi fructibus spiritus, fide, charitate, patientia, modestia, & reliquis, quos Paulus carnis operibus opposuit. Formanda quoq; est *noua creatura* obseruatione nãdatorum Dei, cum nostras omnes cogitationes, sermones, actiones, ad Dei voluntatem conformamus, quod quando in ecclesia diligenter curatur, vel nullæ oriuntur hæreses, dissensiones nullæ, nulla in moribus turpitudine, vel exortè statim extinguntur, quoniam idè sentimus omnes, loquimur, agimus; nempe quod Deus vult, & in nobis, siue per nos efficit per spiritum suum, qui idè est totius corporis ecclesiæ spiritus, iuxta illud: Vnũ corpus, vnum spiritus; sicut vocati estis in vna spe vocationis vestræ. Nisi ergo, quod Deus ipse per sanctos

*Hier.* 4. Nos prophetas Hieremiã, & Oseam nos monuit, noue  
*Ose.* 10. mus nobis nouales, & super vepres, ac spinas, quę nostra  
 delidia iam sunt in vniuersa terra, serere desinamus: nũ  
 quam delidia, discordia, seditiones, perditii mores de ec  
 clesia exterminabuntur: quę tot annis in eam cæco im  
 petu incurrunt. Sed de nostrorũ temporum calamitati  
 bus cogitanti mihi, id accidisse videtur ecclesia, quod  
 de Romanorum Republica scripsit Cicero. qui cum  
*Lib. 5. de* Ennii poetę vetustissimi carmen illud attulisset:  
*Rep.*

*Moribus antiquis restat Romana; virisq;* mox adiunxit:  
 Quę quidem ille versum, vel breuitate, vel veritate, tã  
 quam ex oraculo mihi quodam esse affatus videtur. Nã  
 neque viri, nisi ita morata ciuitas fuisset; neque mores,  
 nisi hi viri præfuissent, aut fundare, aut tam diu tenere  
 potuissent tantam, & tam iustę, latęque imperantem Rē  
 pub. Itaque ante nostram memoriam, & mos ipse pa  
 trius præstantes viros adhibebat, & veterum morem,  
 ac maiorum instituta retinebant excellentes viri. No  
 stra verò æras cum Rempub. sicut picturam accepisset  
 egregiam: sed euanescentem vetustate, non modò eã  
 coloribus iisdem, quibus fuerat, renouare neglexit; sed  
 ne id quidem curauit, vt formam saltem eius, & extre  
 ma tanquam lineamēta seruaret. Quid enim manet ex  
 antiquis moribus, quibus ille dixit rem stare Romanã,  
 quos ita obliuione obsoletos videmus, vt nõ modò nõ  
 colantur, sed iam ignoretur? Nam, de viris quid dicam?  
 Mores enim ipsi interierunt virorum penuria. Cuius tã  
 ti mali non modò reddenda ratio nobis, sed etiam tan  
 quam reis capiti quodammodo dicenda causa est. No  
 stris enim vitiiis non casu aliquo Remp. verbo retine  
 mus, re ipsa verò iam pridem amissimus. Et hæc quidem  
 Cicero. Ita sanè & nos virorum penuria, qui iuxta cor  
 Dei non suo arbitrarũ gregem Dei pascerent, præcisq;  
 moribus, ac sanctissima disciplina neglecta, res multas,  
 quarum nuda nomina, retinemus, amissimus, & in tã va

rias,

rias, ac periculosas incidimus calamitates, vt nisi Deus  
 ille, qui filii sui purissimo ac innocentissimo sanguine  
 genus nostrum ex acerbissima seruitute in Christianã  
 libertatem asseruit, id erga nos efficiat, quod mirabili  
 excogitata inuentione erga veterem Iudæorum popu  
 lum facturum se declarauit, actum de nobis existimare  
 possumus; & ita nostrum omne ædificiũ dirutum, ut  
 de reædificatione desperandum sit. Surge (inquit ad Hier  
 emiam) & descende in domum figuli, & ibi audies ver  
 ba mea. Et descendi (Hieremias inquit) in domum fig  
 uli, & ecce ipse faciebat opus super totum, & dissipatum  
 est vas, quod ipse faciebat è luto manibus suis; con  
 uersusq; fecit illud vas alterũ, sicut placuerat in oculis  
 eius vt faceret. Et factũ est uerbum Dñi ad me dicens:  
 Nunquid sicut figulus iste non potero vobis facere do  
 mus Israel, ait Dñs? Ecce sicut lutum in manu figuli, sic  
 vos in manu mea domus Israel. Repentē loquar aduer  
 sum gentē, & aduersus regnũ, vt eradicē, & destruã, &  
 disperdã illud. Si pœnitentiã egerit gens illa à malo suo,  
 quod loquutus sum aduersus eã, agã & ego pœnitentiã su  
 per malo, quod cogitavi, vt facerē ei, & subito loquar  
 de gēte, & de regno, vt ædificē, & plantē illud. Sed quid  
 ego ad te hæc oratione tã longa, quasi quod ipse videã,  
 id te videre non putem? vtinam *Paulo* 111. *Pent. max.*  
*ἔδε καὶ συμπαράδρομος:* sed duo tantũ tibi similes cõti  
 gissent. in uia certē nos, quę summa erat illius probitas,  
 & uirtus, placata, quietã, tranquillã, salutarisq; uitã de  
 duxisset. vtinã quem admodũ summam in retinenda re  
 ligatione seueritatē, cum summa in eadē persuadenda do  
 ctrina, & humanitate Deus optimus maximus in te cõ  
 iunxit, ita cum summa restituendã in pristinã dignitatē  
 Christianæ Reip. uoluntate, summam potestatem ali  
 quando coniungeret. maxima profectò, & certa spe cõ  
 sequentis ac posteri temporis erigeremur.

Deo beatę Virgini gratiã.

# REGISTRVM

A B C D E F G H I K L M N O

P Q R S T V.

*Omnes quaterniones.*

V E N E T I I S,

Apud Bartholomæum Rubinum.

M D LXIX.

